

## **Crisis Theologica**

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,  
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi  
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

**Casnedi, Carlo Antonio**

**Ulyssipone, 1712**

Disptatio XXVII. Noviores Tutoristæ, seu Certitudinistæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

## DISPUTATIO XXVII.

*Noviores Tutoristæ, seu Certitudinistæ.*

## SUMMARIUM.

*Qui? n. 1.**Nulla est questio nisi de voce inter Certitudinistas, & Probabilioristas, si non distinguantur Probabilioritas à morali certitudine, ibid.**N. 1.*

**I**NTERRUPTUM, ob distractam atrocissimo bello Europeanum, librorum commercium, compellit me, ut argumenta, quæ meliori in luce collocari potuissent, si voluminum recenter impresorum copiam, & tempus naestus fuisset, ad hujus mei operis calcem inferam. Tres nobiles Tutoristæ, nempe Riccius, Fogarius, & de Charlæs unanimiter mordicus negant, licitum sequi minus tutam, et si probabiliorum, nisi sit moraliter certa. Fateor, quod si probabilioritas à morali certitudine distinguantur, ut hi DD. merito distinguunt, & nos saepe distinximus, ut sanè distinguui debent, quod questio inter Certitudinistas, & Probabilioristas erit de re. Si non distinguantur, ut Probabilioristæ passim præstant, runc erit de voce, quatenus Probabilioristæ per probabilioritatem intelligunt certitudinem moralem, quod facere non debent.

## SECTIO I.

*Mens Bartholomai Ricci.*

## §. I.

*Deviat à scopo.*

## SUMMARIUM.

*Negat questionem de lito usu abstrusam, n. 2.**Negat opinionem assentiri veritati, n. 3.**Opinio quid juxta S. Bernardum? ibid.**Ait Probabile in Scholis idem esse, ac opinabile: in Scripturâ, & PP. idem, ac approbare, n. 4.**Ait omnem opinionem esse probabilem, n. 6.**Ait necessariam certitudinem moralem de veritate, nec satis probabilioritatem, n. 7. 8.**Ostendo quod questio de lito uia sit valde abstrusa. n. 10. 11.**An summa Probabilitas sit certitudo? ibid.**Alex. VIII. damnat non satis Probabilissimam, ibid.**Opinio non est purè apprehensio, n. 12.**Contradiccio Anti-Probabilistarum: plique volunt opinionem esse firmum veri assensum; at Riccius negat, quod opinio assentiatu vero, ibid.**Quantum Riccius deviat à questione, n. 13.**Opinabile non est idem, ac probabile, n. 14.**Questio, ut à Riccio exponitur, plura fallaciter, n. 15.**Nego quod velint Antiqui omnem opinionem esse probabilem, n. 16. 17. 18.**Ad licitè operandum non est necessarium præcium directum moraliter certum devitare speculativum, & materiali honestate, n. 19. 20.**Ostendo certitudinem moralem opinionum inter TT. controversialium, esse difficillimum, a. n.**23. 24. 25.**Riccius rejectit omnem probabilioritatem, n. 25.*

**D**edi disp. 13: & alibi aliqua ex hoc do. N. 1. cto Authoris argumenta: modo uberiori calamo produco, quæ lib. 3. de Act. Hum. cap. 1. tradit. Ait enim 1. controversiam de lito usu probabilitatum non esse magnæ, aut abstrusioris indaginis, licet sic gravissima, quia est de principio universalis, ex quo innumerabilium operum libertas, vel inhibitus, innocentia, aut culpa dependent.

Ait n. 2. & 3. quod opinio strictè est assensus erga conclusionem ex probabilibus tamquam veram, & ideo ex S. Thom. 2. q. 1. art. 5. nec in Deo, nec in Angelis datur. Hinc ait sequi, quod opinio non est apprehensio, quia in hâc, nec veritas, nec falsitas est; ergo est assensus: insuper est assensus erga conclusionem ex probabilibus tamquam veram: ergo non est assensus probabilis, quia hac evidenter tepe innotescit; sed veritatis, juxta dictum S. Bernardi S. Ben. lib. 5. de Considerat. cap. 2. *Opinio est quasi pro vero habere, quod neficias esse saluum.*

Ait n. 4. in praesenti tumendam opinionem pro simplici cognitione, vel etiam a. Riccius non videtur subsistere, quod quis ex principiis probabilibus assentiat conclusioni tamquam veræ, quia teneret incertum pro certo; omnis autem assensus opinatiu-

Aristot. est cum formidine oppositi, & contingens ad verum, & falsum ex 2. Poſt. tex. 194. 195. 196. subdit, quod si quis contendat tamen-dam opinionem pro aliens erga conclusio-nem tamquam veram, nihil curaturum.

N. 4. Ait n. 5. probabile in Scholis idem esse, ac opinabile, quare contingens est ad verum, & fallum, ut S. Augustinus lib. 3. contra Cresconium cap. 75. dixit: *Probabile quando dicitur, non consequenter verum. In Divinis litteris, & in Authoribus tam sacris, quam profanis, probabile aliquando tonat approban-dum, sicut amabile, amandum; quod crudite profequitur.*

N. 5. Ait n. 6. controversia cardinem esse, an cognitione incerta, licet probabilis, undecum que habeatur probabilitas, licet sumatur pro regulâ directivâ nostrorum actuum; & notat discrimen inter incertum, & invidens; nam fides est invidens, nec tamen incerta: ergo non est idem invidens, ac probabile.

N. 6. Ait n. 7. recentes aliquos probabilitatum Assertores dicere, non esse controversiam de opinione absolute, an licet illi niti in operando, non enim licet; sed quæstio est de opinione probabili. Subdit n. 8. ex com-muni Antiquorum, & Recentium, præter paucos, senu, quamlibet opinionem hoc ipso, quod opinio sit, esse probabilem; habet enim motiva probabili, quibus nititur, & probari potest. Quare tollere ab opinione probabilitatem, est tollere ab ea sui naturam; potest quidem una opinio esse probabilius altera; sed quod detur opinio non probabili, est impossibile; tunc enim non est opinio, sed conjectura, vel judicium, vel scrupulus, vel credulitas: quamvis ergo in hac contro-versia non dicatur absolute opinio, sed addatur probabilis, id ad maiorem expressio-nem fieri dicendum est, non ad distinguen-dam opinionem probabilem à non probabili. Hæc ad verbum.

N. 7. Ait n. 9. Sit ergo constitutum, illum esse sensum praesens controversiae, an licet possumus sequi opinionem probabilem, seu probabilitatem, quæ inest ex naturâ sua opinioni; an verò teneamur sequi certiorem cognitionem, quam sit opinio.

N. 8. Ait n. 10. ex Antiquis non nisi Gerfor-tion, nem stare pro nostrâ sententiâ, & concludit caput dicendo: Cum negantis sententiæ Do-ctoribus dicendum centeo, numquam licere uti opinione probabili de immunitate actus à peccato, sed omnino requirendam certitudinem moralem, quare nec licet uti probabili, nisi ad eam certitudinem per-Riccius. veniat. Hæc Riccius.

Tom. III.

Antequam traham argumenta, quæ cap. N. 9.  
2. contra nos trahit, consideranda, & im-pugnanda sunt, quæ cap. 1. dicit:

Sentio itaque 1. tantum abesse, ut lis de N. licito probabilitatum usu non sit abstrusa, 10; quin est abstrusissima, ut saepe notavi; im-mo exemplo suo Riccius ostendit esse valde abstrusam, dum tantum recedit à communi intelligentiâ quæstionis. Non potest ergo hec quæstio abstrusa non esse, cùm sit ex toto reflexa; nam reflectit supra opinionem certò probabilem practicè, & de hæc quæ-ritur, an usus talis opinionis sit necne licitus. Rursus est quæstio implexissima, ut patet ex ipsis terminis, nam nisi retineatur praæ-ticæ probabilitas, & practicæ probabilitatis certitudo, faltatur extra chorū; & ideo Advertarii sepius cōfundunt tutum cum probabili; probabile speculativum cum probabili practico; probabiliter probabile cum certo probabili; minus probabile cum non probabili; probabilis cum moraliter certo; verum cum probabili, ut hæc tenus notavi. Similiter est quæstio difficillimæ resolutio-nis, nisi nostra sententia retineatur: & ideo vix unus ex Advertariis cum alio concordat, & hoc quia confundunt terminos, & quia talia trahere solent cōtra nos argumēta, ut ab ipsis solvenda sint; aliqua enim probant sequendam semper tutiorem, et si minus pro-babilem, quod à Probabilioris negatur: alia licitum sequi probabilem, et si minus tutam, quod à Tutoris negatur: alia non nisi certum sequendum, quod cùm in incer-tis sit semper impossibile, consequenter tam à Tutoris, quam à Probabilioris negatur, immò ab omnibus negandum est post 3. damnatam ab Alex. VIII. quod non licet Alex. sequi probabilissimam: ergo sanctum de si VIII. de est statim esse probabilissimam; summa au-tem probabilitas, non nisi confundendo terminos, vocari potest certitudo. Demum ali-qua argumenta probant non nisi verum se-quendum, quod, loquendo de speculativè vero, ita ut speculativè falsum non excusat à peccato, est hereticum; immò aliqua non nisi evidenter verum, quod, præter Jansenium, involvit impossibilitatem.

Ecce igitur quam difficillimæ intelligen-tiae sit nostra quæstio: si enim multiplex ce-11, lebriorum Doctorum in aliquâ quæstione dislensus ostendit arduam difficultatem quæstionis, ut patet in infinitis quæstionibus Theologicis, ex. gr. an libertas sit Deo om-nino intrinseca: an Deus omnia decernat unico decreto non tantum realiter, sed etiam virtualiter indistincto: an Sacra-menta cau-sent tantum physicè, an tantum moraliter, an

II utro-

utroque modo gratiam: quantò magis ex multiplice præteritum ipsorum Anti-Probabilistarum mente, immò corum inter se, & quod caput est, cuiuslibet secum ipso contradictione, inferre licebit, quæstionem hanc de licto aut non licto probabilitatum usu esse difficillimam; nulla enim ne quidem de actibus liberis Dei cum Divinâ immutabilitate componendis, & corum constitutivis quæstio est, in quâ tot in sententias dividantur Doctores, in quot Anti-Probabilistæ dividuntur, five sint Tutoristæ, siue Probabilioristæ, five, ut barbarè loquar, Certitudinistæ, five Veristæ, immò quilibet à se ipso: ergo à posteriori conflat, quæstionem de licto probabilitatum usu esse difficillimam.

N.  
12. Sentio 2. verum esse, quod opinio strictè, & genericè sumpta non sit nisi iudicium, seu assensus, vel dissentius, non autem simplex apprehensio. Similiter sentio verum esse quod dicit Riccius n. 2. quod non sit assensus de probabilitate, sed de veritate, incertus tamen. At nescio quomodo verum sit, quod ait n. 4. in praesenti questione de licto opinionis probabilis usu, opinionem sumendum, vel pro simplici cognitione, seu apprehensione, vel pro assensu ex probabilitibus; non autem pro assensu ex probabilitibus erga conclusionem tamquam veram. Non, inquam, video nisi contradictionem, non autem veritatem. Video contradictionem cum aliis Anti-Probabilistis, nempe cum P. D. Thyrfo, P. Munies. Palanc. M. Gon. P. Thyr. nec. qui, &c alii volunt, quod assensus opinabilis nativus debeat esse abolutus, & firmus de rei veritate, ut licetè operer: Riccius autem negat, quod debeat esse assensus ex probabilitibus erga conclusionem tamquam veram; ergo contradicit omnibus Anti-Probabilistis, & Probabilistis. Si ergo ab initio tantum discordat in questionis intelligentia, non mirum si tantum distet in ejus resolutione, & impugnatione.

N.  
13. Non video veritatem 1. quia nullus est, qui ita praesentem questionem intelligat, nempe an licet sequi apprehensionem; nam quæstio est, an licet sequi opinionem probabilem, seu assensum, & judicium probabile de non peccato: ergo opinio sumi non potest pro simplici apprehensione, quia nec affirmat, nec negat esse peccatum. Secundò, quia idem Riccius in hoc sensu impugnat tuentes usum probabilitatum, ut colligitur ex ejus argumentis. Tertio, quia ipse præmisserat n. 2. quod opinio strictè est assensus; hic autem sumitur strictè. Quartò, non video quomodo veniat per opinionem in pre-

senti quæstionē purus assensus ex probabilitibus; non autem assensus ex probabilitibus erga conclusionem tamquam veram; hoc enim implicat; nam omnis assensus aliqui veritati assentitur: quare igitur, cui veritati assentiar, dum probabiliter dico, *Littera est die festo pietatis*; immò ipse assensus probabiliter verus est intransitive probabiliter veritas. Quod autem subdit, quod si opinio assentiretur conclusioni tamquam veri, reneret incertum pro certo; hoc nego, si absolute loquatur, nam probabiliter tantum, & cum formidine assentitur: ergo non tenet incertum pro absolute certo, sed pro probabilitate certo. Sed haec leviora sunt, de quo infra.

Sentio 3. quod quā verum est in Schol. N. lis, quod probabile sit opinabile, tam fil. 14. sum est, quod dicit Theologus dicit, nempe idem in Scholis esse opinabile, ac probabile. Primum est verum, quia à specie ad genus tenet consequentia; quia omnis species supponit suum genus. Secundum est falsum, quia à genere ad speciem non tenet consequentia: sed opinabile est genus, probabile est species opinabilis, nam opinabile dividitur, inter alias divisiones ab omnibus Theologis, in probabile, in improbable, & in non probabile; ergo licet verum sit omne probabile esse opinabile, non tamen contra omne opinabile esse probabile.

Sentio 4. quod status quæstionis, ut ex N. ponit Riccius, plura falla continet. Nam 15. n. 6. ait cardinem controverbia esse, an cog. Riccius nitio incerta, undecimque habeatur probabilitas, nempe five sit intransitive, five extinseca, ut dixerat n. 5. licet sumatur pro regulâ morum. In hoc autem plura falla miscentur; quia nullus adeo nudè, & crude dicit omnem cognitionem probabilem esse regulam morum, sed dicunt, & exponunt cognitionem verè, & certò practicè probabilem; nec hoc contenti explicant probabilitatem absolutè, & respectivè solidam. Immò ferè omnes Probabilistæ volunt, quod opinio probabilis directa non sit nisi regula objectiva, & mediata morum; regula autem immediata sit ipsum solum judicium certum reflexum de licto usu cuiusque opinionis certò practicè probabilis, que omnia deficiunt in statu quæstionis, ut à Riccio proposito: ergo omnia, quæ trahit, nos non tagunt, quia impugnant quæstionem, non ut à nobis, sed ut ab ipso proponitur. Hinc iterum colligitur, quā implexa sit quæstio reflexa de licto usu probabilitatum, cum vel ipse status quæstionis hunc egregium impug-

impugnato rem latuerit. Rursum colligitur, quam inania sint contra nostram sententiam argumenta, cum nostra sententia non sit, licet sequi cognitionem probabilem, seu opinabilem; immo negamus, nisi ea cognitione probabilis practice sit certo absolute, & relativè probabilis.

N. 16. Sentio 5. ex mente Antiquorum non quilibet opinionem, hoc ipso, quod opinio sit, esse probabilem, nam omnes Antiqui dividunt opinionem in probabilem, & non probabilem; in absolute, & respectuve probabilem, & in non talem: & Moderni præter hoc dividunt in probabiliter, & in certo probabilis. Similiter omnes Antiqui dividunt judicium opinativum in prudens, & in temerarius; omne autem judicium temerarium est opinio non probabilis theologicè; nisi ludere velimus, & per probabiliter intelligere, quod nullam, vel prorsus levem habet rationem: hoc autem ipsum convenire poterit judicio evidenter falso, nam sequi trahimus levissimas pro eo rationes; immo omni opinioni damnatae, & hereticæ; nam Hæretici suas pro heresi trahunt irrationabiles rationes; nec tamen ullus dicit, quod judicium evidenter falso, aut heresis sit opinio probabilis: ergo falso est, quod docet Riccius, quod omni opinio sit vere probabilis. Hinc sunt certo falsa omnia, quæ n. 8. deducit, nempe impossibile esse, ut detur opinio non probabilis; etenim judicium Hæretici, & judicium temerarium sunt opinio, nec tamen sunt probabilia, sed certo imprudentia, & falsa. Similiter est certo fallum, quod in præsenti controversia addatur opinioni *to probabile* ad maiorem expressionem; additur enim ex necessitate, ut opinio probabilis secernatur a non probabilis. Ex quo patet, quām imbellia sunt argumenta illius contra licitum probabilium usum, hoc ipso, quod tantum deviet a vero controversia sententia.

N. 17. Sentio 6. ferè omnes Antiquos pro nostra sententia testis, immo non potuerunt non stare, ut fuisse ostendi d. 11. & 12. Ratio est; quia certum est omni tempore fuisse Confiliarios, viguisse obediens, extitisse Confessarios: omnes autem iti vel Confiliarij, vel Confessarij, vel Superiores non potuerunt in rebus incertis consulere, & jubere nisi probabilis, aut probabilius; absurdum autem est putare omnes adeo præsumptuosos fuisse, ut crederent omnia tua confilia, & præcepta, & resolutiones fuisse ipsi semper moraliter certas; omnes autem alias fuisse ipsis semper certo moraliter falsas: ergo sua opinata non nisi probabilia, aut sibi proba-

Tom. III.

biliora censuerint. Rursum in honorificum est credere, quod omnis Superior, Confiliarius, aut Confessarius ita judicarent verum proprium opinatum, ut censerent, quod penitentis absolvit non posset a Confessario sequente oppositum; nec consilens sequi posset confilium oppositum alienum; nec obediens sequi posset præceptum oppositum alterius Superioris; immo ejusdem, si oppositum præscriberet; ergo judicabant posse; ergo cum simul judicarent alienam opinionem esse minus probabilem, judicabant penitentem posse sequi minus probabilem opinionem sui Confessarii; & penitentem confilium sequi posse confilium minus tutum sui Confiliarii; & subditum sequi posse nuntum minus probabilem sui Superioris.

Dices in hoc casu eos Confiliarios, Confessarios, & Superiores sequi opinionem judicatam ab ipsis magis probabilem. Sed contra; quia licet ita sit, hoc tamen non est ad rem; nam aliud est quod talis opinio respectu horum opinantium sit probabilior; aliud quod respectu primi opinantur sit probabilior: primum est verum; secundum est fallum: ergo hi, qui judicant opinionem aliorum minus probabilem, judicant subditum, & penitentem, & interrogantem bene facere sequende opinionem horum, quam censent minus probabilem; ergo judicant licitum sequi minus probabilem; alias non potuissent penitentem, subditum, & consultantem mittere ad alium Praelatum, Confiliarium, & Confessarium. Confirmo; quia cito non licet sequi probabilius, hoc tamen contra Riccius est prorsus certum, nempe quod omnes Antiqui stent contra eum contentem nos sequi non posse judicium nisi moraliter certum (loquor de directo) de non peccato; nam omnes etiam Antiqui, ut dixi, laborarunt ignorantia invincibili in rebus incertis; nec sine gravi aliorum injuria dici potest, quilibet Antiquum Confessarium putuisse semper suum judicium esse moraliter certum, judicasles enim alienum fuisse. S. Aug. semper certo fallum; quod est contra modum. S. Bonaventuram Antiquorum sapientiam. Legem quæ S. Anton. in Apost. d. 11. ex S. Aug. S. Bonav. S. Anton. in S. Paulo.

Sentio 7. quod ad licet operandum non N. requiratur semper judicium moraliter certum directum ipeculativum de immunitate actus à malitia: Dico *directum*, quia de hoc debet esse fermo, nam Riccius impugnat Probabilistas recurrentes ad judicium reflexum certum de licto usu minus probabilis. An autem bene impugnet, paulo post videbimus: ergo fermo debet esse de judicio

Li ii directo,

directo, an necessit sit, ut sit moraliter certum de non peccato. Dico, *speculativum*; de hoc enim debet esse firmo, tum quia Riccius impugnat aferentes, cō quia sequens opinionem probabilem non potest esse certus de non peccato, quia opinio est actus speculativi incertus de honestate objecti: tum quia si non requirit ad licite operandum nisi judicium moraliter certum, sed practicum, seu certum certitudine practica, seu prudentiali, totum hoc datur in opinione certo probabili directa, ut infra docebos; vel in judicio ultimū reflexo, ut dicunt Probabilisti. Reflexisti: ergo illud judicium moraliter certum de non peccato, aferunt ab eo ut necessarium, debet esse judicium speculativum.

N. 20. Quod autem non requiratur judicium speculativum moraliter certum de non peccato, patet mihi 1. quia in rebus moralibus incertis, supposito gravi, & exquisito gravium Doctorum hinc inde examine, fine jure, immo non nisi summā contra unam partem injuria dici potest alterutram ex contradictoriis esse moraliter certam; si enim ex gr. est certe moraliter vera opinio Divi Bonav. erit certo moraliter falsa opinio D. Thomae; & econtra; quod dicere erubescet; nec enim S. Thom. aut S. Bonav. laudari volunt cum opprobrio alterius: ergo si alterutra ex contradictoriis, quod valde frequens est, non est moraliter certa, necesse non est judicium moraliter certum speculativum de non peccato, ut aliquam sequar opinionem; alias nec S. Thom. operari potuist, nisi sensisset opinionem Divi Bonav. esse certe moraliter falsam; nec Divus Bonaventura. nisi idem sensisset de opinione S. Thomae.

N. 21. Patet 2. quia si requiritur judicium speculativum moraliter certum de non peccato, nec invincibilis ignorantia, aut error, nec opinio probabilissima, si in re sit falsa, excusabunt a peccato, quod est contra fidem.

N. 22. Patet 3. experientia, quā constat plerisque in rebus moralibus inter gravissimas Scholas controversis habere non posse judicium moraliter certum de unius partis veritate: ergo obligans ad judicium moraliter certum de veritate speculativā objecti opinioni, supposita communī etiam viris sapientissimis in rebus incertis ignorantia, obligat ad moraliter, immo ad physicē impossibile.

N. 23. Patet 4. quod certitudo moralis haberi non possit, quoties pro oppositā stare potest judicium prudens: sed quoties res morales post diligens examen adhuc manent controversiae, stare potest pro utrāque judicium prudens: ergo neutra est moraliter certa.

Confirmo querendo à Riccio, an omnia N. eius conclusiones traditae in suo de *Ad. hum.* tractatu, à quarum plerique pendet prae-<sup>24</sup> Riccio ca honestas, aut in honestas operations, sive moraliter certe: ex gr. lib. 1. de Act. hum. cap. 6. atque omnes contractus, & promissio-nes factas in favorem hominis, ex metu ab homine injurie ~~accusatio~~, ex fine extorquendi consensum esse jure natura irritos; immo addit n. 1. et si metus esset levis. Quero, in- quam, an sit moraliter certa hac conclusio speculativa, ex quā deinde oritur resolutio practica, quod nullus tenebit eas promis- siones, & contractus implere? Et cap. 7. at vota extorta ex metu injurie incusio ab homine esse jure natura valida; ex qui sequitur practica resolutio, quod quilibet tenebitur ea vota implere. Quero, inquam, an ea conclusio sit moraliter certa? Si affirmat, mirum dicet, immo dicet, dixisse judicium suo rem certò moraliter falsam, Divum Bonav. M. in 3. dist. 36. art. 6. qu. 2. ad 1. M. Scotum S. Bonav. lib. 7. de Just. qu. 2. art. 1. ad 2. & alios plus. M. Scotus tuentes ea vota, & juramenta esse jure Riccio natura irrita, & inferentes non esse impen- da. Similiter lib. 2. cap. 34. affirmat nullam humanam actionem esse posse indifferen- tem, sed omnem esse necessariam bonam, vel malam; ex quā conclusio sequitur, quod fricatio barbare, ventilatio aeris tempore effi- vo, accesius ad ignem tempore hiberno, emunctorum narium, si sicut ob aliquod natura commodum, vel ut viteretur incommo- dum, esse poterunt materia confusio- nis. Quero, inquam, an ea conclusio certa moraliter? Reversa vix hoc dicere audebit; est enim contra D. Bonav. Scotum, Gabriel, Scot. & Scotistas; & tamen supposita tantum D. Bonav. istius opinionis speculativae probabilitate, Gabrie- aut, si mavis, probabilitate, judiciali Riccio cap. 35. n. 4. licet ponere tamquam materiam certam confessionis actum specu- lativum incertum de malitia: ergo ut quis re- cte operetur, non requiritur judicium speculativum moraliter certum de honestate moralis. Rursum, ergo, velit, nolit, intelligere debet, quod possit judicium esse incer- tum de malitia, aut honestate objecti, & tam- men actus esse certo bonus, ut patet exam- ple adducto; nam juxta ejusdem Riccio- mentem recte supernaturaliter operatur, qui unice confiteretur se fricasse barbam, ut na- turale aliquod incommodum sublevant, cū, datā ejus sententiā, quod non debet actus in individuo indifferens, illa fricatio sit pedatum veniale. Ecce in hoc catu judicium speculativum de malitia fricationis non est illi moraliter certum; non enim in animum meum

meum inducere possum, quod putet esse si-  
bi certo falsum, & improbabile tententiam  
Divi Bonav. Scoti, & totius Scholae Scoti-  
sticae: ergo judicium illud ad summum erit  
ei probabilius; & tamē, quod bene confi-  
teatur, & quod det materiam sufficientem  
pro confessione, est prædictè certum moralis-  
ter: ergo intelligere debet quomodo ad judi-  
cium speculativum incertum, seu proba-  
bile, aut probabilius, sequi possit dictamen  
certum de bonitate actus; nam certus est se  
honestè operari, confitendo trictionem  
speculativa tantum ei probabilem, aut proba-  
biliorem de malitia.

N. Denique contra hunc doctum Theologo-  
rum stant omnia, quæ dedi contra Tutori-  
tas, aut Probabilioristas, immo magis pre-  
munt, cum omnem probabilitatem reji-  
ciat, & obliget ad habendum semper certi-  
tudinem moralem speculativam de honestate  
objecti, ut honestè, & sine peccato ope-  
remur. Tandem ejus doctrinæ resistit Ale-  
xander VIII. damnans, non latius esti proba-  
bilissimam: ergo faltem, ut sine peccato ope-  
remur, latius est probabilissima, nec necesse  
est, ut sit moraliter certa.

## §. II.

Enervantur Responsa, que Riccius nostris  
argumenis exhibet.

## S U M M A R I U M.

Negat opinioni probabili convenire prudentiam,  
n. 26.

Damnata ab Innoc. XI. Confusus probabilitati  
prudenter agit, ibid.

Prudentia semper se habet ad prædictè veritas  
et si non ad speculativè, n. 27. 28.

Opinio prædictæ certæ probabilitatis non peccato  
est cum peccato incompensabilis, n. 28.

Opinans ex gravi fundamento de non peccato,  
non formidat de peccato, n. 30.

Ait nostram doctrinam esse novam, n. 31.

Difficile discernere inter probabiles probabilitati-  
rem; non ita probabilem a non probabili, n.  
34.

Ait nos non distinguere certitudinem moralem  
ab evidentiâ, n. 35.

Ostendo falsitatem, n. 36. 37. 38.

Cur nos datus certitudinem judicio reflexo; non  
ita omni opinioni directe? n. 38.

Ait licet docere omnem probabilem in specu-  
lative, non in moralibus, n. 39.

Quam sit invincibilis nostra paritas, vel non li-  
cere in speculativa; vel licere in moralibus,  
n. 40. 41. 42.

In Universitatibus opiniones non defenduntur ut  
Tom. III.

verse, n. 42. Nego licere sequi probabiliorem, n. 43.  
Si non licet sequi probabiliorem ob peccati peri-  
culum, sequenda erit semper tutor, eis non  
probabili, n. 44. 45.  
Ait tam facile cognosci, quæ opinio sit certa, ac  
quæ certio probabili, n. 46.  
Cur sit per me facilius discernere certio probabi-  
litas non probabili; quam probabiliorem in-  
ter probabiles? n. 47.  
Justa me semper necessaria certitudo moralis  
ethica, non speculativa, n. 48.  
Ait suam sententiam moraliter certam, non no-  
stram, n. 49.  
Riccius nisi debet nostrâ doctrinâ, ut suam do-  
fendat, ibid.  
Negat magis piam de Deipara esse moraliter  
certam, n. 50.  
Quin vult hodie in eodem statu esse quo antea,  
ibid. & n. 51.  
Rejicio a n. 52. ad 57.  
Aliud est aliquid esse in materia fidet; aliud  
quod sit fide Divina credendum, n. 56.  
Ait quod Pape non vetent, ut quis opinetur in  
sua mente oppositam minus piam, & damna-  
tas, n. 57.

**S**uperest ut ejusdem docti Theologi re-  
sponsiones ad nostra argumenta ponde-  
remus.

Respondet 1. cap. 5. n. 1. ad nostrum ar-  
gumentum, quod omnis opinio probabilis  
prædictæ sit judicium prudens; ait, inquam,  
quod cum in questione sit, an operari ex  
opinione probabili sit operari prudenter,  
malè ponitur in definitione id, quod opposi-  
ta sententia negat. Negat autem, tum quia  
prudentia non se habet contingenter ad ve-  
rum, & falsum, ut opinio: ergo opinioni  
non convenit prudentia; tum quia nullus  
operans cum æquali tpe utilitatis, ac timore  
danni operatur prudenter; sed operans ex  
opinione probabili ita operatur: ergo non  
operatur prudenter; & ideo Innocentius XI.  
damnavit, quod duum agimus cōsiderat probabilitatem,  
prudenter agimus: tum quia eti opinio proba-  
bilis nitatur fundamento gravi, est tan-  
tum grave respectu fundamenti, cui nititur  
suspicio, aut conjectura; non autem est gra-  
ve, quantum ad removendum peccati peri-  
culum; sola enim certitudo moralis est tale  
fundamentum.

Sed contra 1. quia, qui recedit à defini-  
tione communissimâ omnium, ut alium im-  
pugnet, non impugnat questionem, sed  
acrem verberat: ergo cum definitio com-  
munissima omnium tam Probabilistarum,  
quam Probabilioristarum, & Tutoristarum

II iij sit,

fit, quam nos dedimus, immerito, ut sententiam de licito uso certae probabilitatis impugnet, aliam Probabilis definitionem fingit, & contra nostram infurgit. Etenim impugnans licitum probabilitatis usum, non debet impugnare opinionis probabilis definitionem, sed hanc suppositam, ostendere debet ejus usum esse illicitum; eo modo, quo pessimè, illicitum in peccato mortali Sacra-  
menti usum impugnaret, impugnans communem peccati mortali definitionem. Quæro igitur, an admissa communis opinionis certo probabilis practice definitione, sit licitus ejus usus? si est, habemus intentum: si non est, in causa erit, quia per opinionem probabilem aliud per nos, aliud per Adver-  
farium, venit: ergo non impugnat licitum probabilitatum usum.

N. 28. Contra 2. quia, quod nostra definitio

fit optima, pater ex infoliditate rationum, quas trahit; nam prudentia se habet semper ad verum practice, & contingenter ad verum, & falsum speculativè, alias nec moraliter certa erit prudens, quia esse potest speculativè falsa: tum quia falsum est, quod operans ex opinione probabili, operetur cum æquali spe utilitatis, ac timore danni; nam opinio certo probabilis practice est omnino incompossibilis cum prudenti for-  
midine peccati; nisi arguens velit, simul existere duo iudicia probabili opposita, quod repugnat: tum quia Innocentius dam-  
navit tantum, quod consilus opinioni tenuiter probabili prudenter agat; non autem damnavit dicentem, quod prudenter agat consilus certæ absolutæ, & relativè gravi probabilitati: tuu quia falsum est, quod fundamen-  
tum opinionis probabilis sit tantum grave relativè ad fundamentum, cui suspicio, & conjectura nütur; nam est absolutæ, & relativè ad fundamentum opposite grave, & est adeo grave, ut opinio certo probabili practice de non peccato, sit incompossibilis cum peccato; est enim incompossibilis cum contradictriora opinione certo probabili, aut probabiliori de peccato.

N. 29. Respondet 2. n. 4. ad hoc nostrum argu-  
mentum, quod opinans non dubitet, adeo-  
que non teneatur eligere tutius responder, inquam, opinantem non manere suspensum, habere tamen formidinem, & habere debere de peccato, & ideo ex motivi non valentis causare certitudinem moralem insufficien-  
tiæ, manere quodammodo dubium; cum autem licitum non sit operari cum formidine, aut debito formidinis peccati, ideo non licet sequi opinionem probabilem; quod si quis omne dubium pellat, hoc non erit ex

ratione, sed ex voluntate; ergo perinde erit, ac non curare de peccato.

Sed contra; quia opinans nec habet da-  
N. biuum peccati, quia opinatur; nec habet for-  
midinem prudentem, quia ex certo pruden-  
ti fundamento de non peccato opinatur; er-  
go ad summum habet imprudentem for-  
midinem de peccato.

Respondet 3. n. 5. ad nostrum argumen-  
N. tum, quod nisi licitus esset usus probabili-  
tatum, peccassent omnes Doctores, qui cum  
admirerunt, quod dici non potest: respon-  
det, inquam, nostram doctrinam esse no-  
vam, & contra Scripturam, & Canones; non  
ita doctrinam de omnimoda necessitate cer-  
titudinis moralis.

Sed contra, tum quia hec gratisi-  
N. tur; tum quia incredibile est totum ex-  
sanctos, & doctos non agnoscere ea Scri-  
pturæ, & Juris textus, contra quos habet pro-  
babilitas; immo agnoscere potius, quod  
necessitas certitudinis moralis pro qualibet  
operatione stet: contra modum operandi  
sapienterum Ecclesiæ Doctorum, contra  
naturæ humanae in rebus incertis cognoscendi cognitionem, contra bonam de-  
cens opinionibus, & humilem de propriis  
estimationem.

Respondet 4. n. 6. ad argumentum, quod N.  
estet onus intolerabile, si probabilis, tu-  
31. tius, aut moraliter certum de re agibili in-  
vestigandum esset: responder, inquam,  
quod sicut præcedens argumentum confit  
famæ, ita hoc consulit quieti Probabilium,  
ne inquirendo fatigentur. Addit per  
Doctores maxime recentes, qui tantum de-  
fudant in speculando opiniones probabiles,  
improbabiles, probabiliores, turas; non ma-  
ritas, nullum superaddi onus, si non mere  
probabiles, sed veræ, & certæ moraliter fan-  
tiae doceantur.

Sed contra, tum quia sicut juxta nos mul-  
N. lis, qui veras, & moraliter certas cognoscit 34.  
sentias, nullus, inquam, est, qui non re-  
neatur ad illas, ita nullus est, qui in omni  
opere agibili sciat semper certitudine morali  
verum; quia difficile ut plurimum est inter  
certo probabiles discernere certum probabi-  
liorem; econtra non ita difcere certo  
probabiles à non certo probabilius: ergo  
obligare ad illud est obligare ad impossibile;  
obligare ad hoc est obligare ad certo nec-  
essarium.

Respondet 5. ad hoc argumentum, quod N.  
in moralibus haberi sepe non possit certi-  
35. do moralis; responder, inquam, certitudinem  
ortam ab evidentiæ sepe repugnare;  
non ita certitudinem moralem, quæ est media  
inter

inter probabilitatem, & evidentiam, & eam inquit non agnoscere, aut non cognoscere voluntate. Probabilitas.

N. 36. Sed contra; quia nil magis tritum apud Probabilitas, quam certitudo moralis contradistincta ab evidentiâ; sepe enim dicunt opiniones alias esse moraliter certas: rursum dicunt certitudinem moralem excludere tantum prudentem formidinem; at evidentiâ moralam excludere etiam imprudentem: at in materia fidei dicunt esse moraliter certa nostra mysteria esse vera; & negant esse evidens quod sint vera; plurimi enim Probabilitæ sunt valde eminentes Theologi, & insigniores omnium Scholarum Doctores, quibus nec lux, nec Author lucis deest. Nec verò Probabilitas tantum carpit, quin omnes, & præcipuum certitudinis moralis Afferentem Fagnanum; ait enim n. 8. loquens de naturâ certitudinis moralis, quod quantum video, neglectum, vel negligenter est præsumtum a pluribus, & ab ipso Fagnano non satis diludicet, & exatè traditum.

N. 37. Quare n. 8. ait aliud esse leve indicium, seu argumentum, aliud opinio probabilitis; aliud certitudo moralis, aliud evidentiâ. Leve indicium generat conjecturam. Opinio probabilis nittitur fortiori motivo, & quia est insufficiens, vel propter æqualia, aut ferre æqualia motiva opposita, ideo habet formidinem de opposito. Certitudo moralis habet, vel motivum vehemens, seu violentum, vel plura motiva probabilia, nulla tamen habet æqualia motiva in contrarium, & multo minus fortiora. Evidentiâ habet talia motiva, quæ necessitant intellectum. Et n. 9. subdit, quod certitudo moralis habeat, vel unicum motivum vehemens, & violentum, vel plura probabilia. Deinde objicit si bi non bene explicari certitudinem morallem: & respondet, quod in materia morali, & legali, dari non possint exactæ definitio-nes, ut in physicis; ethica enim, ut ait Arist: procedit pingui quâdam Minervâ, & inde multa remittuntur judicio prudentum. Tandem intellectur Probabilitas dicens, mirandum esse, quod cum sententias directas revocent ad probabilitates, judicio suo reflexo dant certitudinem moralam privilegio speciali, quasi aliae veritates non possint certi- to moraliter deduci ex suis principiis.

N. 38. Sed contra 1. quia si certitudo moralis est, qua habet motivum vehemens, aut multa probabilia, ita tamē, ut nulla habeat æqua- lia in contrarium, eo ipso confunditur probabilitas cum certitudine moralis; illa enim nittitur motivo vehementi, & non ha-

bet motiva æqualia in contrarium; atque adeo dum docet necessitatem esse certitudinem moralem, docet necessitatem esse probabilitatem. Contra 2. quia ex hoc sequitur, quod paucissima erunt moraliter certa, quia pauca sunt, quæ non habeant contra se motiva ferre æqualia; atque adeo dum obligat semper ad moraliter certam, obligat plerumque ad impossibile, aut ad habendum judicium erroneum, quatenus omnis operans debet supponere se habere judicium moraliter certum directum de non peccato. Addo, dum ait in ethicâ plura remitti ad prudentum judicium, eo ipso fatetur prudentiam niti fallo, (quod tamen n. 1. negaverat) nam negare non potest prudenter sepe sibi contradicere: ergo prudens alterutrius judicium est falso. Admiratio autem illa, quod Probabilitas dent certitudinem moralam judicio reflexo, non autem veritatis directis, oritur ex non penetratione materiae; ideo enim judicium reflexum de licto usi (quod tamen non est nisi unum unitate specifica) est moraliter certum, quia nittitur argumentis certis, & penè infolubilibus; ideo autem propositiones directæ, quæ tot sunt, quot materie controversæ, non sunt moraliter certæ, quia similibus argumentis non nittuntur, & post diuturnum hinc inde propositum directarum examen, certo conitatur neutrâ esse moraliter certam, & utramque non esse nisi probabilem, sive æqualiter, sive in- qualiter.

Respondet 6. ad nostrum argumentum, N. 39. quod hinc in speculabilibus licet docere quamlibet probabilem, ita in moralibus licet operari juxta utramque probabilem: respondet, inquam n. 10. negando paritatem, quia in opere ex opinione probabili adest periculum peccati, non ita in speculazione. Addit, quod si in speculabilibus Doctores docent ut probabile, quod reverâ est tale, non peccant, ut accidit in Universitatibus, & Cathedris, & Doctoribus opposita docentibus, quatenus quælibet sententia defenditur, ut probabile; si autem docent ut certum id, quod est tantum probabile; vel docent probabile, relatio probabili, ait se nescire, an excusari possint à peccato deceptionis discipulorum, ut innur S. Bonav. in S. Bonav. 2. dist. 7. art. 3. qu. 1. n. 52. & ex eo Fagnanus n. 113. Denum subdit aliquos ex affectu erga suum Doctorem, aut ex alia animi dispositione ita affici, ut quod est purè probabile, videatur illis certum.

Sed contra 1. quia hoc nostrum argumentum est invincibile ab Adversario: vel enim 40. in speculativis, quoties neutra pars est certa-

mora-

moraliter vera; licet sequi quamlibet ex æquè probabilibus, vel non? Si non licet; ergo pessimè institutæ sunt Universitates; & omnes Doctores docentes opinionem speculativæ tantum probabilem, quoties neutra est moraliter certa, peccabunt: ut enim operans probabilitatem malum peccat juxta Adversarium; ita docens aliquid, quod est probabilitatem falsum, peccabit juxta me; nam non minus malum est error voluntarius respectu intellectus, quam malitia respectu voluntatis. Si licet; ergo etiam in moralibus, nam vel utrobique tam in speculativis, quam in moralibus est periculum peccati, vel nullib; si enim exponere se periculo operandi malum, est peccare; exponere se periculo docendi fallum erit etiam peccare; vel si hoc non est peccatum, ut non est, ita nec illud.

N. 41. Contra 2. quia ex hoc ipso deducitur impossibilitas practica doctrinæ Ricci; si enim post indefessum tot seculorum examen neutra pars ex speculativis appareret moraliter certa, esto toties hinc inde disputatum sit, &c, quod caput est, in innumeris sententiis, quomodo in opinionibus moralibus, quæ non adeo controvèrtuntur, dabitur certitudo moralis pro aliquâ parte?

N. 42. Contra 3. quia in Universitatibus sententiae non defenduntur ut probabiles, sed sententiae probabiles defenduntur ut vera; nullus enim nisi rarissimè impugnare solet probabilitatem sententiae oppositæ, sed veritatem. Quæro igitur, quomodo defendens aliquam sententiam speculativam probabilem prudenter operetur? Si enim dixerit operari prudenter, quia certum est, quod licet defendere omnem opinionem speculativam probabilem, hoc ipso recurreret ad judicium reflexum certum de licitâ defensione cuiusvis opinionis speculativæ probabilis: ergo licet quoque Probabilistis recurrere ad judicium certum reflexum de licito usu operandi juxta probabilem: si autem dixerit, quod opinio speculativa probabilis sit per se ipsam judicium prudens, hoc ipsum dici poterit de opinione practicæ probabili. Demum si in Universitatibus defenduntur sententiae speculativæ, ut probabiles, & hoc absque ulla culpa, immo cum laude, ut tales sunt, doceri possunt; cur etiam non licet operari cum solo judicio de probabilitate opinionis practicæ, suspento judicio de ejus veritate, ut accidit, dum docemus speculativas? Hinc patet nil trahi posse à Riccio contra Probabilistas, quod non infringatur paritate liciti usus docendi omnem sententiam probabilem speculativam.

Riccius. N. 43. Respondet 7. ad nostrum argumentum,

quod si non licet sequi probabilem, nec licet sequi probabilem, quia in hujus sequela adeit sepe formido, & periculum peccati: ergo tenebimur semper ad tutorem, in quâ nullum est, hoc autem est nimis durum: respondet, inquam n. 12, numquam licet sequi probabilem, nisi sit moraliter certa: ergo tenemur, inquit, ad moraliter certam, non autem ad tutam; in quâ nullum sit peccati periculum. Hinc si opinio docens non est sub mortali recitatione Matutinum ante Misam si moraliter certa, non teneat sequi opinionem tumentem eam obligationem, esto sit omnino tua; nec tenor credere me peccare omitendo Officium ante Sacrum; quia, inquit, homo tunc optimè agit, quando juxta rectam rationem agit: sed opinio eximens nos ab ea obligatione est certa moraliter, ut supponitur: ergo rectissimè juxta eam operamur, & opotum dependet ex conscientia scrupulosa, que fandana est, non foventia.

Sed contra 1. quia si peccati periculum est N. unicus Adversariorum Achilles, quo varie 44 formatum contra nos utuntur, offendentes ex eo non licet sequi probabilem, immo nec probabilem, ut vult Riccius, nisi sit moraliter certa; quomodo nunc hoc argumentum contemnit? Ut enim considerans probabilem, aut probabilem negat eas nos sequi posse, sed unice nos licet sequi posse opinionem moraliter certam, quia in probabili, & probabili sequendo expontur homo periculo peccati: ita dico ego, quod comparando opinionem tutam, eti non probabilem, (quanto magis si probabile sit) cum opinione moraliter certa, tenebimur ad tutam, eti non probabilem, & multò magis ad tutam probabilem, & deserere moraliter certam, quia in tutâ eti non probabile nullum est periculum peccati, nec materialis, nec formalis, ut patet in sequente opinionem obligantem ad Officium ante Sacrum; recitans enim nec materialiter, nec formaliter peccabit, quia sequitur tutum: contra in moraliter certâ est periculum peccati talem materialis, ad quod vitandum affirmit Riccius cap. 4. dari obligationem.

Contra 2. quia dum dicit non recitare N. Officium ante Sacrum recte agere, quia juxta rationem, nempe juxta sententiam moraliter certam de non recitatione: dicam ego, ut ipse dicit nostris argumentis: dicam, inquam, hanc maiorem, qui agit juxta rectam rationem, recte agit, esse veram; hanc autem minorem, non recitans agit juxta rationem, nempe juxta opinionem moraliter certam de non recitatione, esse falsam: ful-

sum enim est, quod sequens moraliter certam in conflictu tutionis probabilis, aut non probabilis, sequatur rectam rationem; ut enim ipse Riccius contra nos negat, quod

sequens probabilem, aut probabiliorem sequatur rectam rationem, quia semper adest in illis formido peccati, & quia juxta ipsum iudicium probabile, aut probabilius de non peccato non est prudens: ita ego negabo, quod iudicium moraliter certum de non peccato, stante opposita opinione omnino tuta, sit iudicium prudens, & quod illud sequens sequatur rectam rationem. Ecce quomodo, nisi nostra argumenta judicet optima, locus non est ei, ut solvat argumenta contra eum adducta. Ecce nostris uitior solutionibus, ut se liberet ab argumentis, & nisi illis utatur, non se liberabit, & concedere debet, non est licitum sequi iudicium moraliter certum de non peccato formalis, stante opposita omnino tutam de peccato formalis, quam de materiali; nam sequens opinionem moraliter certam de non peccato formalis in omissione Maturini ante Sacrum, exponit se periculo peccati materialis, si forte datur obligatio recitandi ante Sacrum, ut aferat sententia opposita omnino tuta, tive probabilis, sive non probabilis.

46. Riccius. Caram. Janen. Fagnan. Respondet 8. ad argumentum insinuatum à Caram. quod obligantes lequi temper probiliorem , aut certam , accendant Janle- nius , quatenus sepe est impossibile scire , quę sit probabilior , aut certa: respondet, inquam n. 15. ex Fagnano , confundi debere ita arguentes , quatenus stant contra Scripturam , & PP. requirentes certitudinem moralē honestatis ante operationem. Addit non minoris esse laboris investigare quę opinio sit probabilis , aut non probabilis , quām quę sit probabilior , & quę certa : ut autem facile nos sudamus in illo , ita longē facilitius in hoc.

Sed contra 1. quia longe facilius est discernere inter contraria, quam inter similia; sed probabile, & non probabile sunt contraria; probabile, & probabilius sunt magis similia: ergo longe facilius est discernere inter illa, quam inter haec: ergo nulla responsio. Addo Authores optime sudare in illo, ut triticum a zizaniis fecerant; ergo illud praestandum est. Contra 2. quia nemo negat necessarium certitudinem moralem prudentialem honestatis, immo hanc supra ostendi inesse cuique iudicio certo probabili, vel, ut Reflexistæ docent, inesse syllogismo reflexo; quod negamus, est, necessarium esse certitudinem moralem speculativam honestatis, ut recte operemur. Contra 3. quia Riccius det nobis, si potest, Riccius Catalogum

opinionum probabiliorum, aut moraliter certarum: immo sicut non potest inter speculativas eum texere, ut experientia, & induc<sup>o</sup> inter Universitates, & Scholas opportinas suader; ita nec inter morales: si ergo non potest, eo ipso obligans semper ad non nisi moraliter certum, aut probabilius obligat ad impossibile.

Respondet 9. ad argumentum reflexum, N.  
quod sententia docens licitum usum proba- 49.  
bilium, sit longe probabilior sententia ne- Riccius.  
gante: ergo ea lequa est: respondet, in-  
quam n. 16. esto fit extrinsecus, non tamen  
est intrinsecus probabilior: quia negans lice-  
re, est longe probabilior; cum nostra argu-  
menta sint valde levia, & in multis peccant.  
Sed contra; quia adeo solida suha, ut necel-  
se fit Adverlarios iudicem uti, ut suam con-  
clusionem intactam tervent, & ut solvant  
instantias, quas contra illos armamus; nisi  
enim ea solutione utantur, quia nos solvi-  
mus eorum contra nos argumenta, num-  
quam se liberabunt a nostris instantiis. Rur-  
sus ut propriam tucantur, debent Adversa-  
rii uti argumentis, quibus nostram proba-  
mus: ergo vel propriam sententiam negare  
debent, si negant nostram; vel nostram te-  
nere, si tenent suam; implicat enim, ut eorum  
sententia sit vera, nisi nostra sit vera: &  
si nostra deobligans a probabiliori, & a mor-  
aliter certo, & statuens satis esse certo proba-  
bile praeiticum, est vera; eo ipso obligans  
ad illa, & respuens istud, est sententia fal-  
fa.

Denum ad nostrum argumentum, quòd N. Pontifices sepe in materia fidei, & morum 50. secuti sunt probabile, ut constat vel ex sola Ricinus. Bullà in favorem Deiparæ sine labo concepta; est enim tum in materia fidei; *Omnes in Adâ peccaverunt*; tum in materia morum, quia recipit cultum Deiparæ, qui non fundatur, nisi in opinione pure probabili de Immaculata Conceptione; non enim opposita docens in peccato conceptam est certo falsa; alias Pontifices damnassent de mortali. Doctores stantes pro labo Deiparæ: non damnarunt autem: ergo &c. Respondei n. 18. opinionem faventem Deiparæ sine labo concepta non esse moraliter certam, quia vel est talis ante Bullas faventes eidem pia opinioni, & cultui eam frequenti; & hoc non, opinia Scholarum Princeps steterunt pro negativa; & solus Scotus est, qui cum aliquo pavorecepit favere pia opinioni: vel est talis post eadem Bullas? & hoc non, quia idem Pontifices faventes pia opinioni, & approbantes cultum, & indulgentiis diantes Deiparæ sine labo concepta cultores declarant,

clarant, se nullum intendere opinioni contrariae prejudicium inferre, sed in eo statu relinquere, quo antea: ergo pia opinio per Bullas non est facta moraliter certa, alias prejudicium illatum fuislet oppositæ.

N. 51. Quare, ait n. 19. distinguendum esse; duo enim affirmat sententia pia: primum, quod non sit contra Scripturam: secundum, quod sit vera; qua duo non sunt idem, nec unum sequitur ad aliud; non enim ex eo quod non sit contra Scripturam, inferunt aliquid esse verum. Primum ait esse moraliter certum; nisi enim esset moraliter certum, quod sententia pia non sit contra Scripturam, festum Conceptionis institutu non potuisset; ut enim non caret peccato facere aliquid, de quo probabiliter dubitatur an sit peccatum; ita nec caret peccato affirmare aliquid, & celebrare, de quo probabiliter dubitatur, an sit contra Scripturam; est enim exponere se periculo haeresis: ergo est certum moraliter, quod sententia pia non sit contra Scripturam. Quod autem non sit moraliter certum, quod sententia pia sit vera, constat, quia alter conciliari non potest cultus a Pontificibus delatus Immaculatae Conceptioni, cum hoc ipso quod nullum allatum sit sententiae oppositæ prejudicium.

N. 52. Sed contra 1. quia incredibiles sunt angustia, in quas sponte te conjicunt Anti-Probabiliæ, & multò magis Riccius, qui necessariam putat semper ad rectè operandum certitudinem moralè speculativam de honestate operationis, quoties hoc Deipara argumentum contra eos instituit: vel enim sententia pia est moraliter certa; & sic opposita negans erit certò falsa, & grave prejudicium inferetur sententiae oppositæ: vel est tantum probabilis, aut probabilior? & sic etiam sententia opposita: ergo in materia fidei, & morum licet sequi probabilem.

N. 53. Contra 2. quia esto verum sit, non inferri ex eo, quod aliquid non sit contra Scripturam, esse verum, attamen si aliqua veritas universalis tradatur a Scripturâ, & ab ea eximatur persona aliqua particularis, illæmet ipsæ rationes, quæ eam personam eximunt, & exemptam ostendunt, illæ ipsæ rationes, eâ certitudine, quâ eximunt, probant oppositum: ergo si per Riccius est moraliter certum, quod Deipara sit exempta a textu universalis ob peculiares rationes; & si eædem rationes probant certò moraliter Deiparam esse a textu universalis exemptam, consequenter certò moraliter probant oppositum, nempe Deiparam esse sine labe conceptam: ergo licet verum sit non valere ab eo, quod aliquid non sit contra Scripturam,

illationem ad affirmandum illud idem esse verum; attamen in hoc catu, in quo non agitur nisi materia fidei, nempe a Deipara sit, vel non sit sine labe concepta, & juxta Riccius ob peculiares rationes est moraliter certum non esse contra Scripturam afflere Deiparam sine labe conceptam, eo ipso est moraliter certa ob easdem rationes haec veritas, Deipara est sine labe concepta: ergo inaniter distinguunt, & dicit, quod sententium moraliter sententiam piam non esse contra Scripturam, non fit autem moraliter certum sententiam piam esse veram. Vid. d. 8. n. 386. & d. 10. a num. 233. ubi Riccius impugno s. cum pia opinio sit certissima.

Contra 3. quia dicendo esse moraliter certum sententiam piam non esse contra Scripturam, eo ipso infert prejudicium sententiae oppositæ; haec enim totam vim fundat in Scripturâ, & quia putat contra Scripturam, ideo infert esse falsam: ergo contra si sententia pia non est contra Scripturam, eo ipso est vera. Rursus dicendo non esse moraliter certum, sententiam piam esse veram, eo ipso dicit, quod haec veritas, Deiparam sine labe concepta, sit tantum probabilis: ergo licet sequi probabile in materia fidei; & quia in sententiae pia veritate fundatur cultus, eo ipso licet etiam sequi probabile in materia morum; atque adeo, dum eo duplice dicto, putat per unum se non inferre prejudicium sententiae neganti Deiparam sine labe conceptam; & putat per alterum se defendere ab argumentis Probabilistarum, neutrum praefat, immò oppotuit: nam dicendo esse moraliter certum, quod sententia pia non sit contra Scripturam, infert prejudicium sententiae affirmanti esse contra Scripturam: dicendo esse tantum probabile, quod sententia affirmans sine labe conceptam sit vera, eo ipso tuerit, quod in materia fidei, atque adeo morum defendi possit sententia probabilis.

Contra 4. quia sicut dicit sententiam N. piam adhuc potest Bullas Pontificum non esse moraliter certam, ne injuriam inferat Scholarum Principibus, qui olim docuerunt oppositam, quomodo sententiam docentem licere usum probabilitatum, in quam unanimis venerunt, postquam ex professio tractari ceperit, omnes omnium Scholarum, in aliis plerisque sibi oppositarum, insigniores Doctores; quomodo, inquit, audebit vocare certò falsam, & tam grandem autoritatem despiciere? quæ si conferatur cum autoritate sententiae affirmantis Deiparam in peccato conceptam, longe major est; longè enim plures, coique do-

et inā, & pietate celeberrimos numerat profectos. Doctores sententia affirmans usum probabilitatum, quā numeret sententia affirmans Deiparam in peccato conceptam.

N. 56. Contra 5. quia si sententia affirmans Deiparam sine labe conceptam est tantum probabilis, aderit periculum falsitatis, & cultus eam falsitatem supponens erit materialiter malus; ab hoc autem Riccius numquam se liberabit, et si dicat, quod illud periculum contemnitur, quia adest laudabilis, & pius erga Deiparam voluntatis affectus; quod bonum longe preponderat periculo illius mali intellectualis: Contra enim est, quia non tantum adest periculum mali intellectualis, quod est falsitas, sed etiam periculum mali moralis, nempe honor, & cultus omnino indebitus Deipara, si non est sine labe concepta: tam enim peccatur non honorando, quando honor debetur, quā peccatur honorando, quando honor non debetur: ergo sicut licet sequi sententiam probabilem de Immaculata Conceptione, & bene sequimur, nec hoc negari potest, et si adsit periculum falsitatis, & cultus indebiti, & immeriti, seu peccatum materiale intellectualis, & voluntatis, cur non in aliis materiis? Rursum sicut in hac materia non datur preceptum vitandi peccatum materiale intellectualis, & voluntatis, ita nec in aliis; immo sicut ibi illud preceptum, si forte datur, quia tamen non est certum, non obligat, ita nec alibi, quia si forte datur, certò non constat. Nec dici potest articulum Conceptionis non esse materiam fidei: est enim in eosensu, quo omnes intelligimus, quatenus est materia definibilis, & habet fundamentum in Scripturā; hoc enim vocamus materiam fidei; et si non sit materia fidei in hoc alio sensu, nempe, quod sit definita, & credenda de fide.

N. 57. Contra 6. quia dum Riccius dicit n. 22. quod Pontifices unicē vetterint, ne quis vocce, aut scripto doceat sententiam non piam; non autem ne quis hanc intus tuā in mente teneat, quod idem dicit de damnatis ab Alex. VII. & Innoc. XI. quod unicē prohibuerint, ne quis eas doceat, defendat, edat; non autem ne quis mentaliter eas teneat; dum haec, inquam, dicit, eo ipso approbat principium, quod alibi rejicit, nempe, quoties lex non constat, non datur: sed lex damnans ne quis mentaliter eas damnatas teneat, non constat; ergo non datur.

Contra 7. quia dum dicit, quod quoties Pontifices dispensarunt, fuerunt moraliter certi id sibi licere, duo confundit; vel enim Papae fuerunt semper moraliter certi de ob-

jecto; & hoc non, quia fides adhibita doctissimis, ac piis viris non dat certitudinem moraliter speculativam de veritate rei, cùm illos plerumque opponerentur alii & quē doctissimi: ergo Papae non semper fuerunt moraliter certi de veritate directā rei: vel fuerunt semper certi moraliter reflexē, quatenus est moraliter certum licere, quod viri doctissimi dicunt verum, siue probabiliter, siue probabiliter illud dicant? & sic manus Probabilistis Reflexiis.

## S E C T I O I I.

Vult quod sequens minus probabilem dubitare debeat de peccato; & quod judicium reflexum impossibile, & inutile sit.

## §. I.

Eius Fundamenta.

## S U M M A R I U M.

Ait ex Jure esse peccatum operari cum scrupulo peccati, mulio magis cum opinione probabili peccati, n. 58. 59.

Ait quod judicium directum incertum non possit dare certitudinem reflexo, n. 61. 62. 63.

Ait nostram doctrinam, quid quis possit esse certus de honestate formalis, quin sit de objectiva, definiere regulam, Tene certum, n. 64.

Ait nostrum principium, Licet operari juxta probabilem, esse falsum, tantum abesse, ut sit certio verum, n. 65.

Ait quod nisi afferatur revelatio, numquam crederet, quod prudenter agat, qui sequitur probabilem, n. 66.

Ait certitudinem nostrī principij esse purē voluntariam, & ex libidine, n. 68.

Voluntas non nixa rationi est libido, ait S. Aug. ibid.

Aristoteles ait, quod idiota facile pronunticent, ibid.

Cur S. Augustinus vocetur à Nebrigeni Academicus? ibid.

Ait dari praeceptum vitandi peccata materialia, n. 69.

Ait legem vetare, ne fiat, non verē, ne culpabiliter fiat: & mirandum, quod oppositum affirmemus, n. 70.

Ait finem legis non esse removere culpas, sed removere peccata materialia, ibid.

Ait quod si peccata materialia vitanda non essent, neficientes legem, instruendi non essent, n. 71.

Ait charitatem obligare, ut vitemus peccata materialia: & quod si vitanda non essent, nemo dolere possit de peccato, ut est Dei offensa, ibid.

Ait de peccatis materialibus etiam invincibiliter

ter patratis dolendum, ibid.  
 Suadet exemplo Divi. Augustin. D. Magdalene de Pazzis, & S. Therese, & ex damnata ab Innocent. XI. Licitum est gaudere de parricidio, n. 72.  
 Ait Iudeos dolere debuisse de Christi D. morte; est ea mors fore illius extrinsecè probabilis, quod non est peccatum, n. 73.  
 Ait, ideo operantes rem malam, sub certitudine morali de nos malitia, non dolere debere, quia ea malitia non fuit libera: contra in Probabilitis, n. 74.  
 Ait vel licere Medico, Judici &c. usum minus probabilis; vel nullum in materiali licere, n. 76.  
 Ait bonitatem, & malitiam operis non pendere a nostro judicio, sed a natura actus, ibid.  
 Ait in omni probabilitate esse peccati periculum, n. 77.  
 Ait nos sape negare omnes probabiles esse tutas, n. 78.  
 Ait quod sicut in rebus transitoriis non fidimus probabilitati, ita nec in aeternis, ibid.

N. **A**ffero sub unicum intuitum rationes 58. M. Ricci ex Ordine S. Aug. qui cap. 4. hoc habet.

Prima est; quia qui deliberat vult exercere opus, de quo probabiliter dubitatur, vel dubitare debet, an sit peccatum, peccat: sed operans ex opinione probabili exercet deliberatè opus, de quo debet dubitare, immo dubitat probabiliter, an sit peccatum; ergo peccat. Maior est communis, & patet, tum quia ita operans non curat de peccato; tum quia ex cap. Inquisitioni de Sent. excom. Papa docet explodendam omnem conscientiam ex credulitate levi, & temeraria de peccato, seu de impedimento matrimonij, ut actus conjugij sit licitus: tum quia ex cap. Per duas. 2. de Simoniâ, dicitur de Monacho ordinato ab Episcopo, cognito post Ordinem suscepimus, & credito ex aliquorum relatione ut simoniaco: dicitur, inquam, quod Monachus (qui nec volebat in Ordine suscepto ministrare, nec ad alios Ordines ab eodem promoveri) possit in ordine suscepto ministrare, eti non ad superiores Ordines ascendere; & suadetur, ut conscientiam scrupulofam deponat: ergo si est peccatum facere opus, quod ex scrupulo dubitatur peccatum, quanto magis ponere opus, quod ex ratione probabili dubitatur esse peccatum? Minor probatur; quia quoties probabiliter tantum cognoscitur opus ut rectum, assensus de ejus rectitudine non est certus, sed cum formidine probabili de opposito etiam probabili; eo enim ipso, quod rectitudo est tantum probabilis, ejus oppositum est etiam

probabile; alias rectitudo est certa: ergo eo ipso quod rectitudo est tantum probabilis opinanti, eo ipso formidat de probabilitate oppositâ: ergo operans ex sola probabilitate rectitudinis ponit opus de quo dubitat, an sit peccatum; cognoscit enim utramque probabilitatem: ergo manifestè peccat.

Nec dici potest 1. quod licet judicium de N. rectitudine operis sit incertum, attamen judicium reflexum fundatum in principio quod licitum sit sequi opinionem probabilem, ea judicium directum incertum de rectitudine, illud, inquam, judicium reflexum sit certum.

Contra enim est 1. ait Riccius n. 3. quia N. hæc doctrina est omnino absurdâ; si enim 60. est intolerabile dicere, operare cum dubio Ricci peccati, intolerabilius est dicere, tenebroso, te non peccare in opere, quod est dubium, an sit peccatum; illud enim est tantum contra Dei timorem; hoc est contra lumen rationis: sed nos dicimus hoc: nam judicium directum enuntiat illud opus non esse immo periculo peccati; judicium autem reflexum dicit, quod non sit peccatum ponere illud opus: ergo.

Contra 2. quia, ait, judicium directum N. incertum non potest dare certitudinem judicatio reflexo: ergo si judicium directum non liberat à periculo peccati, nec judicium reflexum liberabit.

Contra 3. ait, quia implicat in terminis, N. ut ideo certum sit illud opus fieri sine peccato, quia incertum est ipsum non esse peccatum: sed hoc accidit in casu nostro; ideo enim per judicium reflexum sum certus, illud opus esse sine peccato, quia per judicium directum sum incertus illud opus non esse peccatum: ergo.

Contra 4. ait n. 5. ad finem; quia non ap. N. paret, quomodo cognitione directa, vel reflexa transferre possit objectum de formâ in formaliter malum.

Contra 5. ait n. 6. & 7. quia si hec nostra N. responsio tenet, nempe quod operans ex 64. probabiliter certus de honestate formalis sui actus, licet sit incertus de objectiva, sequitur, quod omnia iura, & Scriptura, & Patrum dicta, quibus definitur, eligendum esse certum, & tutum, sicut ridicula: numquam enim illa regula, Tene certum, dimite incertum, habebit locum: si enim adit in omni dubio, & controversia pro utraque parte rationes probabiles, utraque pars est reflexè certa, quod non peccat: ergo dicta regula numquam habebit locum, quia juxta nos semper in dubijs eligitur certum, quatenus super quacumque probabilitate de rectitudine

dine operis fundatur judicium de non peccato in eo opere; hoc autem ita esse non potest. Ideo enim Jus definit, tenendum certum, omitendum incertum, quia pro certo habuit non posse in cognitione incertam, seu pure probabili de honestate operis fundari; judicium certum de non peccato in eo opere: ergo multò minus propter oppositas probabilitates haberi possunt duo, judicia certa, quod five hoc, five oppositum facias, immunis sis a peccato, cum alterutrum ex oppositis necessario in materia p̄cepti sit peccatum.

N. 65. Contra 6. ait n. 8. quia certitudo nostri judicij reflexi derivatur a principio universalis, quod licet operari juxta probabilem: sed hoc principium est incertum, et si daretur esse verum: ergo non possumus assumere illud tamquam certum. Hinc ait n. 10. quod sit omnino vanum dicere, quod certitudo in judicio reflexo haberis possum ex reflexione supra motivum probabile, considerando illud esse probabile, & prudens; vanum, inquit, est, nam reflexio dare non potest motivo, quod non habet in se. Vel igitur illud motivum est prudens ante reflexionem; & tunc non est necessaria reflexio, ut possum ex illo prudenter, & tutu elici operatio s ut patet, quoties motivum est moraliter certum, & evidens, in quo casu, ut tutu operer, non est necessaria reflexio supra certitudinem, & evidentiā motivi: vel non est ex se prudens; & tunc reflexio nihil potest ei dare: quid enim est reflectere supra motivum probabile, nisi illud iterum considerare ut probabile? ut patet in ceteris omnibus: ut enim operatio sit fortis, justa, temperans, non requiritur reflexio supra motivum considerando illud inducere ad actum fortē, & justum, sed sufficit, ut a principio sit cognitum tale; quod idem accidit in actibus pravis: ergo inaniter dicitur, quod reflexio supra probabilitatem motivi requiratur, & praeferatur, ut illud sit prudens, & sit fundamenntum ad prudenter operandum.

N. 66. Contra 7. ait n. 13. quia Probabilistae non aliter probant, quod licet operari juxta probabilem, quam quia operans juxta illam agit prudenter, & Deus nil amplius exigit a nobis; sed hoc est falsum; immo nisi afferatur revelatio, non est credendum: ergo.

N. 67. Contra 8. ait; quia dicere, quod rectitudi operis possit esse incerta, & tamen esse simul certum, quod eliciens illud opus incerte honestum, sit immunis a peccato propter certitudinem hujus nostri principij, quod licet sequi probabile, est iterum assumere ut certum, quod est incertum: rursus non est Tom. III.

possibile, quod operans fit certus se non peccare ponendo opus, quod incertum est, an sit peccatum: ergo implicat, quod adsit incertitudo de opere, an sit peccatum, & simul adsit certitudo, quod non peccet illud exequens: ex. gr. implicat, quod sit incertum, an dispensatus in carnibus possit coenare die jejuni, & certum sit Titio dispensatio in carnibus posse coenare die jejuni: ex his, inquit, constat impossibilitas certitudinis ejus judicij reflexi.

Subdit eam certitudinem non tantum esse N. impossibilem, sed, ut ait n. 14. esse merè 68. voluntariam; si enim certitudo ejus principij non est ex ratione, ut probatum est, erit tantum ex voluntate, ut Arist. dicit de ijs, qui adhærent suis opinionibus tamquam demonstrativis: cum autem voluntas non ducta ratione sit libido ex S. Aug. lib. 1. de liber. arbitrio cap. 1. talis certitudo erit ex libidine. Quod autem sit merè voluntaria, fudet n. 15. hāc ratione: quia motiva æquæ, aut ter probabili simul applicata eidem intellectui nullum possunt cauare assensum; immo se invicem impediunt: ergo cum non detur ratio, cur potius assentiantur huic, quam illi, tota determinatio est a voluntate, quæ est libera inter media æqualia eligere hoc præ illo, ut docuerat lib. 2. de Act. hum. cap. 12. & ideo Arist. dixit, quod ad pauca Riccius. respicientes facile enuntient, id est, se dev. Arist. terminant ad assensum, quia non considerant omnia, econtra viri cordati stantes inter æqualia motiva solent omnem assensum suspendere, ut singulariter fecit S. Aug. qui S. Aug. propter hoc ab Antonio Nebrigeni vocatus Nebrig. est discipulus Academiae nil affirmantis; & Secund. à Secundino Manichæo dictum est, quod S. Luther. Aug. armatus est contra omnia, affirmet vero nihil; & à Luthero, quod ubique disputet, nusquam affirmet: ergo judicium illud certum reflexum, quod Probabilistæ formant supra unam partem contradictionis inter æquales probabilitates, est merè voluntarium. Addit n. 16. certitudinem principii reflexi de lito ufu esse temerariam, nam procedit ex inconsiderantia motivorum, que movent in oppositum. Confirmat, quia incerta pro certis, aut falsis pro veris habere, est error ex S. Aug. sed nos eo judicio reflexo tenemus ut certam rectitudinem operis, que, ut deducitur ex principijs probabilibus, est incerta: ergo erramus, & quidem voluntarie.

N. 69. Secunda ratio est n. 17. quia quando Probabilistæ dicunt licitum sequi probabilem, formando judicium reflexum, quod operando juxta illam nullum admittatur peccatum.

Kk tum;

tum; vel intendunt, quod opus factum juxta illam non sit malum; vel etsi sit in re malum, non sit tamen imputabile ad culpam, illud operanti? Primum non subsistit; quia opus esse in se malum, vel non esse in se malum, non pendet a nostris probabilitatibus, multo minus a judicio reflexo, sed unicè pendet a conformitate actus cum lege, & ideo etiam in ignorantibus invincibiliter legem reperiuntur opera mala maior mali-  
tiae, ut patet ex S. Aug. ergo si actus habet ex se malitiam, non possunt nostra motiva probabilia eam ab eo tollere; alias motiva contraria probabilia transferrent actum de malo in bonum, & econtra: ergo ad summum dici potest, quod opus illud, etsi ex se malum, non sit imputabile ad culpam operanti ex motivo probabili de ejus bonitate; & ad hoc forte valere potest judicium illud reflexum certum, (ne de eadem veritate dicatur simul adest certitudo, & incertitudo) nempe, ut quamvis incertum sit, opus non esse peccatum, seu recte factum, attamen certum sit, quod operanti non imputetur ad culpam, quoties operatur ex opinione probabili de ejus bonitate, ut docet Averia 1.2. qu. 18. scil. 17. ex communis-  
su Probabilium, dicens, quod qui ope-  
ratur ex eo judicio reflexo certo, non se ex-  
ponit periculo peccandi formaliter, sed ad  
summum materialiter. Verum tamen subsumit Riccius: sed datur preceptum vitandi  
peccata materialia: ergo exponens se pericu-  
lo ea patrandi peccat formaliter: ergo per-  
niciola, & talia est doctrina Probabilium.

N.  
70. Minorem probat 1. quia ipsum peccatum materiale veratur a lege; non enim vetat lex, ne culpabiliter fiat, sed ne fiat; & eo ipso quod fiat, culpabiliter fit; ut patet in ignorantibus invincibiliter legem, qui etsi non peccent culpabiliter contra eam, dantur tamen peccata plus, vel minus gravia juxta naturam actus per ordinem ad legem; gra-  
vius enim peccatum est incestus, quam fornicatio, etsi utrumque ignoraretur esse peccatum: & trahit calum Pharaonis, & Abimelech, ex quo utroque constat, quanti Deus faciat peccata materialia, de quibus Probabilistæ dicunt non esse curandum: ergo vitanda sunt peccata materialia; immo nisi haec sint vitanda, non datur peccatum formale, id est culpa; ideo enim culpa est ea patrare, quia ea sunt vitanda, ut proinde mirum sit affirmari oppositum. Confirmat; quia finis directus legis non est removere culpas, sed est removere actus, seu peccata materialia, his enim turbatur ordo a lege preceptus: ergo vitanda sunt; nam actus

externus contra legem habet propriam ma-  
linam distinctam ab actu interno violatio-  
nis, quia est contra ordinem rerum inten-  
tum a Legislatore, immo propter eum ma-  
la est voluntio interna.

Probat 2. eamdem minorem n. 20. quia si N.  
vitanda non essent peccata materialia, scil. 71.  
queretur, quod laborantes invincibiliter  
garrantia legis instruendi non essent, si enim in-  
struuntur, fient sepe rei peccati formalis,  
cum antea erant tantum capaces peccati ma-  
terialis, quod non est vitandum. Addit pe-  
ccata materialia esse Dei offensam, qui tur-  
bant ordinem a Deo institutum: & n. 21.  
subdit, quod si vitanda sunt tantum pecca-  
ta formalia, sequitur, quod ratio, ob quam  
tenemur non peccare, non sit offensa Dei,  
sed nostrum damnum, quod est impunis-  
cere. Sequela probatur; quia offensa Dei  
est in omni peccato materiali; et enim actus  
discordinatus contra institutum ejus ordi-  
nis ergo si vitanda non sunt peccata materi-  
alia, ratio, ob quam tenemur non peccare,  
non est offensa Dei, sed nostrum damnum.  
Quare mirum est DD. ne dum Catholicos,  
sed Ecclesiasticos, & Regulares profere-  
potuisse, non esse vitanda peccata materi-  
alia.

Probat 3. eamdem minorem n. 24. quia N.  
de peccatis materialibus, citi per invincibiliter 72.  
legem ignorantiam comis, adeo non im-  
putabilibus ad culpam, dolere possumus, &  
de ipsis gaudere est peccatum: ergo vitanda  
sunt peccata materialia. Antecedens proba-  
tur; quia amicus si ponat invincibiliter opus  
aliquid contra amicum, ex ipsa ratione amici  
tristatur de eo opere: ergo ratio charita-  
tis nos obligat, ut doleamus de peccato ma-  
teriali; & ideo S. Aug. lib. 1. Confess. cap. 7. in 5. in  
fanticia tuae peccata plorat, nempe quod liber 5. in  
bus inhiaret plorans, quod irascetur mo-  
ribus non servientibus ad nutrum, hoc autem  
non nisi, quia ea opera etsi non essent culpa,  
erant tamen actus ex natura sui deordinati.  
Similiter legimus S. Therefiam, & S. Mag-  
dalena de Pazzis deflere peccata Infide-  
lium, etsi per ignorantiam invincibilem co-  
missa. Immo Innoc. XI. damnat hunc 15. in 5.  
Licitum est gaudere filio de parvicio patris &  
se in ebrietate perpetrato, propter ingentem divi-  
tias inde ex hereditate conseruari: hoc au-  
tem homicidium non est nisi peccatum ma-  
teriale: ergo non licet gaudere de peccato  
materiali.

Modò rogat n. 24. Probabilitas, an si opus N.  
ex probabilitate ascertum honestum, certo 73.  
deinde constet fuisse honestum, an necne  
de eo dolere possumus? Si affirmant, ergo fa-  
tentur

tentur fuisse malum, & ex tunc non faciendum; non enim est prudentis taliter operari, ut de opere patrato dolere debeat. Si negant, contra est; quia sicut amicus nolens offendam amici aliquid faciat amico contrarium, ex vi amicitiae de eo dolet; ita Probabilita dum deinde cognoscit se aliquid fecisse, quod in te malum erat, dolere etiam potest de eo, alius declarabit, se plus amare delectationem, aut utilitatem ex eo opere habitare, quam rectitudinem ordinis, & operationis à Deo p̄scriptam. Addit, quod si de malo ignoranter invincibiliter commisso, cognitâ ejus malitiâ, dolere tene-  
mum, immo & de factis ab aliis recte dolere, multo magis de peccatis factis sub opinione probabili de non peccato. Quod autem de peccatis ex ignorantia commissis dolendum sit, constat ex Scripturâ; nam plebs Judaica probabilitatem extrinsecam habebat de non peccato in Christi D. crucifixione; & tamen de cā illis dolendum fuit: ergo asserere non possumus, ait n. 25. quod dolendum sit de peccatis ex ignorantia invincibili commissis, non autem de commissis ex ignorantia vincibili, & ex opinione probabili.

Neque vero, ait n. 27. hæc difficultas premit Señatores certi moraliter, quia licet verum sit moralem certitudinem non esse prorsus infallibilem, & qui eam sequitur, peccare posse, cique merito de suo peccato dolendum; attamen dolere tantum debet tamquam de opere non recto, seu contra ordinem ex amore rectitudinis, & ordinis, sicut dispergunt peccata ab aliis facta, etiā ex ignorantia invincibili facta sint; attamen non debet dolere tamquam de propriâ culpâ, nisi dubitet se ex propriâ negligentiâ ad assecutionem veritatis non pervenire. Ratio est; quia non potest adesse culpa in sequela certitudinis moralis, cum in re morali maior haberi non possit. Addit n. 28. opus ex certitudine morali factum, etiā malum, non esse objectum pœnitentie propriæ dictæ, quæ non est nisi de propriâ culpâ; sed admiratio-  
nis, quod tale opus potuerit esse non rectum: ergo operantibus ex certitudine morali, aut invincibili ignorantia laborantibus non est propriæ pœnitendum de peccatis sub cā commissis, quia pœnitentia propriæ dictæ supponit potentiam, & debitum abstinendi  
S. Aug. ab actu ex S. Aug. quæ non datur in habere certitudinem moralem, aut in laborante invincibili ignorantia; sed habenda est dispergientia de irrectitudine operis ob amorem iustitiae, & ordinis. Econtra utentes probabilitate debent propriæ pœnitere de opere malo, quia vel ex inertia negligunt querere

Tom. III.

certitudinem, vel ex libidine voluntatis contenti sunt probabilitate, non curando veritatem, quod utique est culpa; quod inde maximè constat, quod propter oppositas probabilitates putant esse licitum exequi utrumque extre-  
mum; utrumque autem, eo ipso quod sunt opposita, non potest esse rectum: ergo alterutrum necessariò est mali. Spec-  
catum materiale: ergo tunc liberè se exposunt periculo peccati materialis; ergo formaliter peccant.

Porro dici non potest cum Aversâ, quod N. homo satisfaciat obligationi de vitando peccato, si sequatur, quod probabile est non esse peccatum. Contra enim est, ait n. 29. quia hoc gratis dicitur, immo oppositum constat in humanis; non enim domini contenti sunt, si servus in excusationem mali, quod intulit, dicat, se probabilitate putasse non esse malum, sed ab illis exigunt certitudinem de rectitudine operis.

Tertia ratio est, ait n. 30. quia Probabilita restringunt utrum probabilitatum, ita ut non licet in Sacramentis, nec licet Medico, Judicii, & aliis pluribus ob grave damnum, quod ex illo usū sequitur, sed hoc sequitur in omni usū probabilitatis, nam sequitur periculum peccati, quo damno nullum gravius: si enim ob mortis periculum fecerit ex remedio minus probabili interdicteur Medico uti pharmaco minus probabili, longe magis interdicenda est licentia opinionis probabilis in omni alia materia ob periculum salutis aeternæ, quod semper comitatur usum opinionis probabilis. Confirmat: Cur enim, dum probabile est validè conferri Baptismum in hac formâ, *Ego te baptizo in nomine Genitoris, & Genitri, & Procedentis ab unoque cur, inquit, non potest Minister formare sibi iudicium illud certum reflexum, quod in omni probabilitate fundatur, quod sic baptizando non peccet? Utique; quia salus baptizandi non pendet ab illo iudicio baptizantis, aut medentis, sed ex naturâ rei, & institutione Christi D. & ideo iudicium illud certum reflexum est inane ad intentum. Subsumit: sed etiam bonitas, aut malitia actus non pendet ex nostro iudicio, sed pendet ex naturâ actus in ordine ad legem: ergo sicut certudo illa iudicij nihil confort ad salutem baptizati, aut aegroti, ita neque ad vitandum peccatum.*

Quarta ratio est, ait n. 31. Quoties spes affer-  
folget, quod correctio fraterna sit profutura, etiā simul probabile sit non profuturam, adhuc teneor eam ex p̄cepto adhibere; eam enim adhibendo certi sumus non peccare; omittendo autem, timendum est, ne

Kl. ij frater

frater nostrā incuriā pereat: ergo cūm in omni probabilitatis uſu adſit timor peccati; ſequendo autem moraliter certum, tūti moraliter ſimus ab eo periculo, datur præceptum abſicendi probabilitates, & ſequendi moraliter certum. Idem argumentum applicat misericordia corporali; & eo enim ipſo, quod fit tantūm probable pauperem eſſe in extrema necessitate, tenemur ei ſuccurrere: cur autem, niſi quia ſubveniēti certi ſumus non peccare; omittendo autem, in periculo ſumus violandi mitericordiā præceptum? Ergo tenemur ſemper i ſequi moraliter certum, & nemo ſequi potest probable, ne hoc ſequens pereat; ſicut nullus ſequi potest probable, quod talis pauper non fit in extrema necessitate, eō quod illud ſequens pauper poſlet perire.

N. 78. Quinta ratio: quia plures Probabilisti, dum caſus particulares tractant, aliquando, non autem ſemper dicunt, opinione oppoſita probabiles eſſe tutas in praxi: ergo ipſi met fatentur, non omnes probabiles eſſe tutas; adeoque fateri debent non omnem probabilitatem eſſe aptum fundamentum judicii reflexi de non peccato in ſequendo omnem probabilem. Confirmat: ſicut militiæ Dux in præliis, Mercatores in lucris ſe-ſtandis, immo generaliter homines in suis negotiis dirigendis, non ſunt contenti probabilitibus; cur, ubi res eſt de premo, aut poenā eterna, probabilitibus fidendum eſſet, cum nihil prolixe probabilitates, ut culpa vitetur, & reatus poenæ, ſi torte illud opus in le malum fit, immo etiam ſi non fit? Quia ad peccatum ſatis, ſuperque eſt, libere, & voluntariè ſe exponere periculo peccati: ſed ſequens probabilem, omiſſa probabiliori, ſponte, & ultroncē ſe exponit peccato, & peccati periculo: ergo probabilitates nihil proſunt, immo obſunt.

## §. II.

Oſtendo nec dubitare debere, nec iudicium reflexum eſſe impoſſibile, nec inuile.

### SUMMARIUM.

Ejus contradicitoria, n. 80.

Non videtur ſanum dicere, quod cognitā mali-  
tiā operis invincibiliter ignorata teneamur  
propiè dolere, n. 81.

Ratio ex periculo peccati materialis probat ſolam iutuorem, eſi non probabilem, ſemper ſe-  
quendam, n. 83.

Cum iudicio probabili de non peccato non ſtat  
probabile de peccato, n. 84.

Sequens certō probabilem de non peccato, nec ſpe-

culatiōne, nec practice dubitat de peccato, n. 85. 87.

Sicut obediens direcūtē dubius, & interius de  
peccato in re præcepta fit reflexe certus de non  
peccato; ita ſequens probabilitē direcūtē incer-  
tum de peccato, fit per principiū supremū  
reflexe certus de non peccato, n. 88.

Dilato paritatem à n. 88. ad 90.

Ceritudo iudicii reflexi de licito uſu non in  
a iudicio direcūtō, ſed ab alijs principijs, num.  
89. 90.

Nulla repugnantia inter iudicia, direcūtum, &  
reflexum, n. 90.

Cognitio non mutat physice, mutat moraliter  
iudicium, n. 91.

Ideo recurritur ad iudicium reflexum, uſu diſ-  
amen conſcientie certum habetur, n. 92.

Omnis Probabilita eligit ſemper certum, uſu diſ-  
creti, ſed reflexe, ibid. & n. 93. 94.

Peto a Riccio revelationem legis danni uſu li-  
cium uſum, n. 95.

Longe magis certa eſt Probabilium ſen-  
tia, quam Ricci, n. 96.

Motivum opinionis non eſt voluntas, ſed illa, cui  
opinio inuitur, n. 97.

Riccius ait, certitudinem principij reflexi de  
licito uſu eſt temerariam, n. 98.

Sequens minus probabilem nulli ſe pericu-  
lo peccati formalis, ſed tantum materiali expo-  
nit, n. 101.

Peccatum materiale cognitionis, non vero pruden-  
ter negatum eſt vitandum: quia reponit, ut  
omne materiale vitari poſſit, n. 102. 103.

Alterutus ex Pontificibus, qui inuitat oppo-  
ſitis opinionibus, incurrit peccatum materiale,  
ibid.

Nego propriè dolendum de peccatis materiali-  
bus, n. 104.

Cur amicus conqueratur de malo materiali,  
Deus? Ibid.

S. Aug. non plorat poenā peccati, ut peccatum,  
ibid.

S. Theresia non ſlevit peccata Infidelium invi-  
cibiliter patrata, niſi ut poena, ibid.

Expono damnatam ab Innoc. XI. de parricidio  
in ebrietate patrato, à n. 105. ad 110.

Peccatum materiale non eſt objecūtum penitentie  
ſtricta, nec de eo dolere ſupernaturaliter de-  
bemus: nec gaudere de eo cognito, n. 106.

107.

Sequens probabiliter honestum, eſpouere poſſa  
opus materialiter malum, ponit ex amore ho-  
neſtatis, n. 107. 108.

Paritas dominorum temporalium nulla, n.  
109. 110.

Caſus Ecij Duci, n. 110.

Defiſcimen inter Deum, & Dominos temporalis.

Nullum lucrum ex obligatione tuiti, aut  
probab-

probabilioris: quin dampnum, n. 112.

Non limitamus usum in Jūdice, Medico, &c. cū horum probabilitas non sit præctica, n. 113.

Jūdiciū certum fundari potest in probabilitate, n. 114.

Cur Probabilis et non semper oppositas vocentur tuas in praxi? n. 115.

N. 79. **R**Espondeo 1. Quamvis plura clarē, & doctē, & efficaciter Riccius in suis rationibus tradiderit, attamen plura sunt in illis contradictria, plura non ex toto fana, plura aliquatenus confusa, & omnia, velit, nolit, ab eo solvenda.

N. 80. Contradictria sunt, In ignorantibus invincibiliter legem reperiuntur opera mala maioris, vel minoris malitiae: & de malo ex ignorantia invincibili commissio, cognitā deinde ejus malitiae, dolere tenetur, ut dixerat n. 17. & tamen n. 28. dicit, Opus ex ignorantia invincibili commissum non est objectum pœnitentiae propriæ dictæ. Ecce patens contradictrio; nam nomine malitiae, nisi aliquid addatur, venit malitia formalis: rursus tō dolere tenetur, significat preceptum dolendi dolore stricto, seu supernaturali: quomodo ergo deinde negat, quod tale opus maioris, vel minoris malitiae commissum sub ignorantia invincibili sit objectum pœnitentiae? si enim non est objectum pœnitentiae, non tenetur de eo dolere, nec habet malitiam; si verò tenetur de eo dolere, & habet malitiam, est objectum pœnitentiae strictæ: ergo contradictrio.

N. 81. Non sanum est, quod opera ex invincibili ignorantia commissa habeant maiorem, vel minorem malitiam; & quod, cognitā eorum malitiae, de illis dosendum sit. Immo eo ipso quod arguit de minori ad maius utens hāc paritatem, quod si de illis est dolendum, multò magis dolendum est de opere malo commissio sub judicio probabili de honestate; eo ipso, inquam, quod ita arguit, supponit, quod sicut in opere malo sub judicio probabili de honestate commissio, est longe maior malitia propria, & stricta; ita etiam in opere malo sub ignorantia invincibili malitiae commissio erit malitia propria, & stricta, et si minor.

N. 82. Confusa sunt; quia plerumque à probabilitate speculativā faltat ad practicam, & probabilius cum moraliter certo confundit, ut paulo post ostendam.

N. 83. Demum omnia ab eodem solvenda. Primum, quia etiam ad judicium moraliter certo sequi potest opus malum. Secundò, quia licet verum sit, quod tencamur ad moraliter certam, quoties hæc adest, & hoc ut evi-

denter certum supponimus; attamen quoties ea non adest, (non adest autem, quoues materia incerta est inter clásicos DD. controverfa) vel non poterimus operari, si semper est necessaria certitudo moralis, & tamen sepe operari tenebimur; vel si operari possumus, quo ro, quænam inter opiniones contradictrioras probabiles tunc à nobis sequenda sit, an probabilior, an minus probabili? Quodcumque autem dicat, tenebitur solvere argumenta deducēta ex periculō peccati materialis, quod potest tam ad probabiliorem, quam ad probabilem sequi. Immo quæram, quomodo tunc habeatur in eo opere certitudo moralis de non peccato? Ut enim certitudo reflexa, quod licet usus eū jusque opinionis probabili, à M. Riccio tā Riccius.

quā insufficiens excluditur, ita etiam certitudo reflexa, quod licet in materiali incertā usus probabilius, ijsdem argumentis excludendus erit. Quod si dixerit non requiri certitudinem reflexam de non peccato in sequente probabiliorem, quæram, quomodo ipsum judicium directum probabilius de non peccato, sit certum de non peccato, & sit regula immediata operationis? Demum si dixerit in materiali incertā sequendam semper tutiorem, contra est, tum quia sepe obligabimur ad opinionem vix probabilem, quia aliquando opinio tutior non est probabili, ut patet in opinione obligante post mortale ad actum contritionis, & in negante licere ullam collationem vespertinam jejunanti, quæ etiam non est probabili; tum quia ut plurimum tenebimur nihil operari, quia tutius est negativum; atque adeo melius erit non excipere confessiones, non concionari, non studere, quā studere, concionari, confessiones excipere; quia longè remotior est à vanitate, ab impatiencia nihil agens, quā aliquid agens. Ecce igitur Riccius suis argumentis implicari; & quia à nobis in ijsdem approbantur, non sunt nisi illa, quia ut certa concedimus: nempe quod ubi datur moraliter certum, tencamur ad illud, quod extra dubium est: punctum est, ubi illud non datur, quid à nobis sequendum? de quo nihil dicit, sed cap. 3. supponit, quod ex jure tencamur semper ad tutius.

Ad 1. rationem fateor peccare, qui ponit N. opus, de quo practicē dubitat, an sit peccatum; at nego, quod sequens, & operans juxta opinionem certò probabilem practicē de non peccato, operetur cum dubio de non peccato. Similiter nego, quod quoties probabilius tantum cognoscitur honestas operis, eam cognoscens dubitet de peccato; ju-

Kk iij dicium

Tom. III

## D I S P V T . XXVII.

390

dicum enim probabile de non peccato non est simul judicium probabile de peccato, immo hoc excludit: & qui ita arguit, supponit, quod in mente opinantis simul sint duo judicia probabilia, unum de peccato, aliud de non peccato, quod est chimera. Hoc si Adversarii caperent, facile in nostram sententiam descenderent, sed quia simultatem motivorum probabilium contrariorum confundunt cum simultate judiciorum probabilium contradicitoriorum, supponendo, quod qui judicat probabiliter hoc non esse peccatum, judicet simul probabiliter esse peccatum, ideo a nostris castris abscedunt.

N. 85. Ad instantias, quas contra communissimam Probabilium relpcionem, voluntiam necessarium esse judicium certum reflexum de lito usu opinionis probabilis, quo judicio dirigi volant operationem; ad has, inquam, instantias, quamvis ego illis respondere non teneam, nam puto omnino superfluum illud judicium reflexum, & fatis esse, ut supra dixi, ipsum judicium probabile directum, a quo dirigi volo immediate operationem; attamen iisdem instantiis fatisfacere volo. Tum quia instantia probant judicium illud reflexum certum esse absurdum, & repugnans; ego autem putto esse praeceps superfluum: tum quia si omitterem casu solvere, putaret Riccius conlamatum esse de sententiâ stante pro lito usu probabilium; quod tamen adhuc esset evidenter falsum; quia, ut infra dicam, sicut ego judicium illud certum reflexum recuso tamquam superfluum, & tamen admittit lictum usum opinionis certo probabilis praeceps; ita possem etiam gratis admittere esse repugnans, & adhuc tueri lictum usum opinionis certo probabilis praeceps: tum quia ijs instantiis non solitus persuaderet sibi Adversarius solutas non esse, quia insolubiles sunt. Admitto itaque in presenti judicium illud certum reflexum tamquam necessarium, ut ferè omnes Probabilisti sentiantur; & ad 1. instantiam

Riccius.

N. 86. Dico 1. eam ab omnibus Probabilioristis solvendam, nam si cum quacumque probabilitate stat dubium peccati, immo si cum certitudine morali speculativa, quam Riccius invenit necessariam, (fatetur enim n. 27. peccare posse, qui certitudinem moralem sequitur) quare, quomodo formet dictamen certum de non peccato, qui sequitur judicium probabilius, aut moraliter certum de non peccato? cum hoc enim stat etiam dubium peccati: ergo vel dicit dictamen, tene pro certo te non peccare in opere, quod est dubium, an sit peccatum, & sic incurrit in-

stantiam nobis objectam; vel hoc non dicit; & tunc affignet quomodo sit certus de non peccato sequens judicium moraliter certum de non peccato; vel enim cum hoc stat dubium peccati, & sic recurrat instantia; vel non stat; & sic dubium peccati non stat, nec cum judicio probabili directo, nec cum certo reflexo.

Dico 2. quod sicut operari cum dubio N. speculativo peccati non est peccatum, sed tantum operari cum dubio praeceps, ut dixi supra; ita quoque tenere pro certo, me non peccare formaliter in opere, quod est dubium purè speculativum, an sit peccatum, non est peccatum. Addo, quod sequens opinionem praeceps probabilem de non peccato, nec speculativa, nec praeceps dubia de peccato: non speculativa, quia tunc non adest nisi judicium directum praeceps de non peccato, cum judicio speculativo reflexo de lito usu opinionis probabilis praeceps; non autem adest judicium praeceps directum de peccato: non praeceps, quia tunc non adest nisi judicium praeceps directum de non peccato, incompossibile cum judicio praeceps de peccato: ergo nullo modo dubit.

Dico 3. eam instantiam esse solvendam N. in omni eo, qui judicans probabilius rem §§. praeceptam esse peccatum, adhuc Superiori paret; assignetur enim mihi subdum tunc obedientis dictamen: vel enim est hoc, Certo honestum est parere Superiori etiam in casu, quo res recepta appetit mihi probabilius esse peccatum; & sic etiam in nostro casu hoc est dictamen, Certo honestum est sequi judicium probabile de non peccato, est habeam fundamenta probabiliora pro non peccato: vel est hoc, Tene pro certo te non peccare parsu Superiori, est dubites opus praeceptum esse peccatum; & sic etiam in nostro casu, Tene pro certo te non peccare sequendo judicium probabile de non peccato, est dubites opus illud esse peccatum. Sicut ergo in casu obedientis, per principium reflexum supervenientis, quod honestum fit patere Superiori, etiam quando probabilius judeo rem praeceptam esse peccatum, conscientia obedientis directe dubia de peccato in re praecepta, fit certa de non peccato; ita in nostro casu per principium reflexum supervenientis de lito usu opinionis praeceps probabile de non peccato, conscientia dubitans de peccato fit certa de non peccato. Immo si profundius scrutemur paritatem obedientis, ita jugulat Adversarium, ut respondendo fatis esse non possit. Nam in subdum obedienti contra propriam opinionem probabilem de peccato, in tali opere concurrent

duo judicia aliquo modo opposita: primum est judicium directum probabilius, ex. gr. *Iesus est peccatum*; secundum est reflexum, *Idem iesus à Superiori praeceptus nō est peccatum*; & tamen non obstante eo primo judicio directo probabiliore, *Iesus est peccatum*, potest sibi formare conscientiam certam de non peccato; nam ita formaliter, vel aequivalenter discurrit: *Honestum est parere Superiori, quoties opus praeceptum non est certò peccatum, sed iesus hic, & nunc praeceptus non est certò peccatum, ergo honestum est edere, Superiori praeceptente.* Econtra in eo, qui sequitur opinionem probabilem de non peccato concurrunt hec duo judicia nullo modo opposita: primum, & directum est, *Pictura die festo licet*; secundum, & reflexum est, *Licet sequi opinionem certò probabilem practicè*: non autem hæc duo, *Pictura die festo non licet*: *Licet sequi opinionem certò probabilem practicè*: si ergo non obstante judicio directo, *Iesus probabilius non licet*, potest subditus conceperem judicium certum reflexum, *Iesus licet jubente Superiori*; quanto magis sequens probabilem, & habens hoc judicium directum, sive probabilius, sive minus probabile, *Pictura die festo licet*, concipere poterit aliud judicium certum reflexum, *Pictura die festo licet*, *quia licet sequi opinionem probabilem*. Rursus sicut judicium certum reflexum subditi comedentes, Superiori jubente, est certum, non ob motiva, quibus nimirum judicium directum, *Iesus non licet*; immo implicat, ut idem judicium certum reflexum sumat certitudinem ab his motiis, quibus potius retrahitur à cometiione; sed est certum ex aliis principiis reflexis, putat, *quia est certò honestum obedire Superiori in omni eo, quod non est certò peccatum*: ita in casu nostro, judicium certum reflexum de licito usu omnis opinione certò probabilis practicè non est certum ob motiva, quibus nimirum judicium directum, *Pictura die festo licet*, sed ob principia, quibus probatur, *licitum est sequi omnem opinionem certò probabilem practicè*.

N.  
89. Hæc autem omnia diligenter notanda sunt, tum à nobis, ut evidenter argumenta Adversariorum solvamus, tum ab Adversarijs, ne plura confundant. Hinc patet ad 2. instantiam: non enim judicium directum dat certitudinem reflexo; immo judicium directum est objectum materiale judicij reflexi, sed certitudo judicij reflexi oritur ab alijs principiis certis; ut enim certitudo hujus judicij reflexi, *Licet mihi edere Superiori jubente*, oritur ab hoc principio, *Honestum est obedire Superiori in omni re, que non certò constat esse peccatum*; ita certitu-

do hujus judicij reflexi, *Licet mihi sequi opinionem quacumque, diuimodo certò probabilem practicè*, oritur ab his principiis, *Licet omne, quod non certo constat esse veritum*: *Licet omne, quod prudentissime iudicis est licitum*: sed licere utrum cujusque opinionis certo probabili practicè, prudentissimè iudicis ergo &c.

Hinc quoque patet ad 3. instantiam: ut N. enim quia sum incertus, etiam esse veritum, 90. sum certus, accedente Superioris præcepto, esse licitum; supposita enim incertitudine judicij directi de prohibitione iesu, & accedente principio certo reflexo, *Licet Superiori jubente omne, quod est incertum, an licet*, concipio dictamen certum reflexum de licentia pictura die festo: nil ergo implicans, si res intelligatur. Quæ enim repugnantia in hoc, sum certus reflexè de non peccato in omni opere, quod est incertum, an sit peccatum? Sicut enim nulla est in hoc repugnantia, *Sum certus de non peccato in omni opere præcepto à Superiori, quod est incertum, an sit peccatum*; ita nec in illo. Rursus nulla est repugnantia inter judicium directum incertum de licentia pictura, & inter judicium reflexum certum de non peccato in pictura: nam judicium directum incertum habet pro objecto licentiam pingendi, que est incerta; judicium certum reflexum habet pro objecto licentiam pictura ut substantem judicij probabili de ejus licentia: ergo cum diversa sint objecta judicij directi ac reflexi, nulla inter hæc duo judicia potest esse repugnantias; quo modo nulla inter duo judicia subditi, directum de peccato in eis, reflexum de non peccato in eis, iupposito Superioris mandato.

Ad 4. instantiam, quod cognitio transfe N. rat objectum de formaliter bono in formaliter malum, si ea mutetur, est prorsus certum, ut patet in ignorantie invincibiliter, & in errore invincibili rei præceptæ: si enim errori succedit cognitio vera de malitia ejus rei, tunc res transit de formaliter bonâ in formaliter malam: et si enim cognitio numquam mutet objectum, ut est in re, seu naturam physicam objecti, attamen mutat moraliter, seu in esse objecti, ut in confessio est apud omnes; quod idem fateri debet Riccius: fac enim ut qui per judicium moraliter certum putet tale objectum non esse veritum, cum in re sit veritum; illud exequens, non in honestè fatetur, immo juxta nos ho-

nestè

nestè operabitur: ergo sicut per Ricciūm cognitione moraliter certa transfert objectum de moraliter malo in moraliter non malum, immo bonum; ita quoque omnis alia prudens cognitione hoc faciet. *Et* quicunque inter objectum in esse rei, circa quod non nihil potest cognitione, & objectum ut est in mente, circa quod cognitione potest dare bonitatem, vel malitiam moralem, prout cognitione est diversa.

N. 92. Ad 5. instantiam dico, quod tantum absit, ut dicta Scripturæ, Canonum, & Patrum infirmentur per additionem judicii certi reflexi, quin facillinè hæc viâ salvatur, quomodo in rebus incertis habere semper possumus dictamen conscientię certum, & infallibile; nam saepe judicium directum est, vel probabile, vel probabilius, vel moraliter certum; (quod tamen raro accidit) cuiuscumque autem ex ipsis inesse potest falsitas, aut dubium de veritate: ne igitur dictamen conscientię sit incertum, sed omnino certum, recurrit ad judicium certum reflexum. Hinc omnis Probabilista semper sequitur regulam Juris, *Tutum, & certum est eligendum*; eligit enim id, quod per judicium certum reflexum judicatur tutum. *Immo* Riccius. à Riccio, quomodo sequens judicium moraliter certum directum pareat regula Juris? nam cum illud esse possit falsum, & dubitari de veritate objecti per illud propositi, consequenter nec certum, nec tutum sequitur. Falsum autem est, quod pro omnino re dentur semper rationes pro utrâque parte probabiles; nam aliqua sunt evidētia, aliqua moraliter certa, de quibus non nisi stulte formidare possum: aliqua sunt æquæ, aut non æquæ probabilia; aliqua habent tantum probabilitatem pro una parte, & non pro aliâ; quæ tamen non ideo sunt certa: ita probabile mihi esse potest ob dictum Petri, Turcam meridie dormire; Turcam autem non dormire non est probabile, quia careo omniratione; nec tamen hinc sequitur, quod quia careo ratione suadente Turcam non dormire, sim certus, quod dormiat. Ad id, quod addit, jus habere pro certo, quod non possit in judicio incerto de honestate fundari judicium certum de honestate: dico, tam falsum hoc esse, quâm certe sunt definitio-nes de rebus incertis, quas *Jus Canonicum* tulit: ita supposita incertitudine dominii definit ut certum, standum pro posseflore; & supposita incertitudine judicii in subdito, an hæc, aut illâ ratione moveatur ad strictiorum ordinem suscipiendum, definit ut certum, standum Superioris judicio: ergo judicium certum Superioris supponit judicium

incertum subditi. Dico itaque, quid accende-ntem principio aliquo possum concipere ju-dicium certum reflexum de honestate op-eris, cogniti per judicium directum incerum incerto honesti.

Ad 6. instantiam dico hoc principium N. universale, *Licet sequi omnem opinionem certi probabilem practice*, esse fâltem certum; hu-mit autem suam certitudinem ex omnibus illis rationibus, quibus ejus veritatem fuisse: quare mirabiliter confundit que dicimus, cum iis quæ non dicimus: non enim dicimus illud principium esse certum, quia reflectit supra probabile; sed dicimus illud principium reflexum supra probabile esse certum ob rationes, quibus illud probavimus: hoc enim principium, *Licet sequi omnem opinionem certi probabilem practice*, reflectit supra omnem opinionem certo probabilem practice; atamen non est certum, quia reflectit, sed ob rationes, quibus probavimus. Quare dum Probabilistæ dicunt, quod ut certus sim de non peccato in sequendo aliquam opinionem certi probabilem practice in particulari, necessarium sit aliquid judicium certum reflexum supra licitum utrum omnium opinionis certi probabilis practice; hoc dicunt, non quia potest non esse prudens ipsum judicium certi probabile directum de non peccato in tali opere; nam omnis opinio certi probabilis practice est judicium prudens; sed ut habent ultimum conscientię dictamen omnino certum, cum enim negent certitudinem judicio probabili directo, re-currunt ad judicium reflexum de hinc si uero omnis opinionis certi probabilis practice, quod est certum ob rationes, quibus proba-tur.

Ad 7. instantiam, quâm petit revelationem, N. quod Deus contentus sit, ut prudenter operemur, peto prius revelationem, quod Deus non sit contentus ut prudenter operemur; nam sicut obligantis est affere legem, ita obligantibus ad plus est proferre legem ad plus obligantem. Addo, quod cum inter operari imprudenter, & operari prudenter facile sit discrimen, & nolcere quid lex pricipiat, non ita inter operari prudenter, & prudenter; si Deus hanc legem tulisset, tulisset legem, cuius mensura est etiam ignota. Utinam omnes prudenter operarentur, non pruden-tiâ carnis, quæ est imprudenter, sed pruden-tiâ à Spiritu S. juxta certas Catholice reli-gionis leges præscripta.

Ad ultimam patet ex dictis. Hæc sunt, que contra certitudinem nostri principi refe-rexi, *Licet sequi omnem certi probabilem practice*, obicit Riccius tamquam repugnante. Videntur.

Videndum modò quæ contra idem principium addit. Itaque ait 1. eam nostræ principiæ certitudinem esse puræ voluntariam; sed facile negatur; tales enim trahimus rationes, ut mentem obligent ad ejus principiæ assentium, ita ut non nisi imprudenter de eo dubitari possit. Sane si Riccius comparare velit rationes, quas trahit pro hac sua singulariæ opinione, *Ad honestæ operandæ requiritur semper certitudo speculativa directa de honestate operationis*, cum rationibus a nobis allatis pro hac nostrâ, *Licet sequi opinionem certi probabilem practicæ*; & multo magis pro istâ, *Ad honestæ operandæ necessarium non est judicium speculativum moraliter certum de honestate operationis*: vel comparare velit Doctores, quos pro suâ illâ singulariæ tententiâ citare potest, cum Doctoribus, quos nos pro nostra dedimus, videbit tantum nostræ rationes excedere suas, quantum Doctores stantes pro nostra excedunt numero saltem, ut magis modestè, & minus verè loquar, Doctores, quos pro luâ trahere potest; nam pro ejus opinione non stat ex tot, quot legi, nisi Fagnanus; pro nostra autem, quatenus negat necessario temperare requiri judicium speculativum moraliter certum, stant omnes Anti-Probabilistæ, & Probabilistæ: quatenus autem ulterius affirmat hoc judicium reflexum tamquam verum, *Licet sequi omnem opinionem certi probabilem practicæ*, stant omnes Probabilistæ. Si igitur Riccius suam illam sententiam putat certam, multo magis nos nostram, sive quatenus negat requiri semper judicium speculativum directum moraliter certum de honestate operis; sive quatenus affirmat veritatem hujus judicij reflexi, *Licet sequi omnem certi probabilem practicæ*.

Ad id quod addit, quod quies motiva sunt equalia, ratio assentendi huic potius, quam illi parti, erit sola determinatio voluntatis: nego tò sola; nam voluntas non determinat intellectum, ut assentiarur sine motivo: ergo non assentitur ex sola voluntatis determinatione; pendet quidem assensus ab arbitrio voluntatis, etiam quando motiva sunt inæqualiter probabiliæ, sed ab arbitrio voluntatis præsupponente motivum grave præcognitum. Addo duo confundi in præsenti, nempe assensum directum huic præ illâ parte, cum hoc judicium reflexo, *Licet sequi omnem certi probabilem practicæ*. Si queratur, cur intellectus proposito pro utrâque parte motivo æquæ probabiliæ, assentiarur potius huic, quam illi parti: fateor refundendam determinationem in voluntatem: si autem queratur, ut hæc queritur, impugnat

enim nos dicentes, esse certum hoc principium reflexum, *Licet sequi omnem certi probabilem practicæ*; si, inquam, queratur, cur intellectus huic questioni reflexæ assentiat; est tantum pondus rationum, ut reddat imprudens hoc judicium reflexum oppositum, *Non licet sequi omnem certi probabilem practicæ*: ergo fallitur Riccius, dum ab assensu certo hujus principiæ reflexi transit ad assensum directum unius partis contradictionis, stante æquali probabilitate pro parte oppositâ.

Verumtamen non vacat audaciâ quod ad. N. dit n. 16. certitudinem principiæ reflexi de 98. lictio usu, esse temerariam, quatenus, ait, procedit ex inconsiderantiâ motivorum, quæ sunt in oppositum. Ecce nova æquivocatio; nam motivum judicij reflexi de lictio usu omnis, adeoque hujus opinionis certi probabilis practicæ, *Licet pingere die festo*, non est motivum hujus opinionis, nempe quia pictura non est opus fervile, sed sunt omnes rationes, quibus licitus usus certa probabilitatis probatur. Quod si loquamur de motivis tententia reflexæ negantis licitum usum, ea sunt adeo levia, ut in conspectu motivorum tententia reflexæ affirmant licitum usum, evanescant, & totum robur à confusione sumant.

Ad confirm. distinguo: Tenerre incertum N. pro certo, manentibus iisdem circumstantiis, 99. est error, concedo; mutatis, nego maiorem; & distinguo minorem: Nos eo judicio reflexo de lictio usu tenemus, ut reflexæ certam, honestatem pictura die festo, quæ, ut deducitur ex principiis probabilibus, est directè incerta, concedo; tenemus ut directè certam honestatem picturae, quæ est directè incerta, nego minorem, & consequentiam: Addo nos non tenere ut certam rectitudinem, & honestatem, ut deducam ex principiis probabilibus; immo ut ita deducam dicimus speculativæ incertam; attamen hæc eadem rectitudi speculativæ incerta fit practicæ certa per principium reflexum superadditum speculativæ certum, quod licitum sit sequi probabilem. Addo etiam, ut supra dixi, eam rectitudinem speculativæ incertam, est simul intransitivæ per se ipsam practicæ certam de non peccato; hoc enim judicium, *Licet pingere*, quod suppono certi probabile practicæ, est per se ipsum certum certitudine exclusiva omnis peccati.

Ad 2. rationem, quam n. 17. vocat principalem, dico nos velle, quod opus directum, sive immediate ab ipsâ opinione probabile, sive à judicio reflexo de lictio usu opinionis probabilis, ut plerique Probabilistæ docent,

Riccius,

Fagnan.

Riccius.

N. 97.

Riccius.

docent, non sit imputabile ad culpam, quidquid sit, an in se sit, aut non sit malum, nec materialiter; eo modo, quo Riccius ipse dicit, opus directum a judicio speculativo moraliter certo de non malitia, esse imputabile ad culpam, et si esse possit materialiter malum; & eo modo, quo Probabilioristae dicunt de opere sequente ad judicium probabilius de non malitia, non esse imputabile ad culpam, et si in se possit esse materialiter malum: quare objectio omnes comprehendit, sive Anti-Probabilistae, sive Probabilistae, immo omnes Catholicos; nam opus directum ab errore invincibili de non malitia, non est imputabile ad culpam, seu non est formaliter malum, et si esse possit materialiter malum: ergo argumentum ab omnibus solvendum. Porro si hoc, quod principale vocat, adeo leve est, ut à Riccio, & omni Catholico solvendum sit, qualia erunt alia, quae non vocat principalia? Itaque dico, quod operans juxta probabilem, addito, ut communiter Probabilista volunt, judicio reflexo certo de licto usu, nulli se exponat periculo peccandi formaliter, sed tantum materialiter.

N.  
101. Quod autem addit, dari preceptum vitandi peccata materialia, nego antecedens, alias invincibiliter ignorans hodie jejuniū, aut aliquid remote deducitum ex lege naturali, per eum peccare formaliter, eo ipso quod peccat materialiter contra legem jejuniū; peccaret enim contra preceptum vetans cum eum materialiter peccaminosum. Addo ad summum dari preceptū vitandi peccata materialia certò, & determinatè cognita, ut talia, non autem cognita incerto, vel indeterminatè ut talia: sed sequens errorem invincibilem, aut opinionem probabilem, vel probabilitorem de non peccato in tali opere, non cognoscit certò opus illud esse materialiter malum; si enim hoc cognosceret, eo ipso cognosceret se peccare formaliter ponendo illud: similiter cognoscens in alterutra ex aequo, aut non aequo probabilibus esse peccatum materiale, non cognoscit in quā determinatè sit, sed tantum esse in alterutra indeterminatè: ergo sequens opinionem probabilem, modo hanc, modo illam, de non peccato in tali opere, non teneat vitare peccatum materiale, quod ei operi inesse potest.

N.  
102. Ad 1. probationem fateor, quod lex vetet peccatum materiale; attamen sicut dum judico illud probabilititer non esse peccatum, judico simul non dari legem vetantem illud; ita etiam non teneat vitare illud, nisi judicem determinatè hoc esse peccatum mate-

riale: & distinguo consequens: vitanda sunt peccata materialia cognita ut talia, concedo; cognita ut non peccata materialia, qualiter cognoscuntur ab eo, qui legitimū iudicium certo probable de non peccato in tali operis mego. Dico itaque, quod sequens opinionem probabilem de non peccato, sive semper tandem, sive modo hanc, modo ejus oppositam, numquam certe cognoscit esse peccatum materiale in ea opinione; immo iudicat non esse peccatum materiale; & ad summum in generi, & indeterminate iudicat, inesse peccatum materiale alterutri; cuiam autem nescit: quo modo iudex si certò, immo ex Dei revelatione sciret alterutrum ex duobus hominibus esse mortis reum, si tamen non confit quinam determinatè sit, & neutrius probetur reatus, neutru potest damnare, & tamen scit se peccatum materiale, nam absolvit reum: ergo extra dubium est nos non teneat vitare omnia peccata materia certò, & evidenter cognita, indeterminate tamen in alterutri ex utrāque parte, sed tantum tenemur vitare peccata materia certò cognita inesse extremo determinatè sumpto. Quod addit ex Scripturā de Pharaone, & Abimelech, si fricet sumatur, probant, ignorantiam invincibilem non excusare à peccato; si sumuntur, ut debent, nulli probant, ut dixi d. 5. n. 80.

Ad 2. ejusdem minoris probationem, quā N. iterum instat vitanda esse peccata materialia, 103 dico vitanda esse, si certo sciat inesse tali determinatè extremo, non autem si inesse certo sciat inesse alterutri; quod adeo certum mihi est, ut nisi Riccius nobissem fessit, damnandi erunt de peccato mortali formaliter omnes prorsus Theologi, & Pontifices; nam in materia fidei incertā, quoniam Theologi sibi contradicunt, certum est alterutros peccare materialiter contra fidem: & quoties Pontifices oppositos dederunt sententias, certum est alterutros approbatissimū materialiter malum: ergo certum est non dari legem vitandi omne peccatum materiale, nisi quando certò, & determinatè cognoscitur esse tale, seu in hac parte contradictionis determinatè sumptū, non autem quando certò, sed indeterminatè scitur alterutram esse malam. Hinc patet ad confirm. quam dedi ex Riccio.

Ad 3. probationem ejusdem minoris nego, quod de peccatis ex invincibili ignorantia 104 commisissis, nisi forte occurrat dubium, au- fint ex tali ignorantia, dolere proprie possumus; non enim, ut fides docet, illa sicut proprie peccata; adeoque miror, quomodo Riccius astutum oppositum: ergo neque de Riccio lere

lere propriè possumus de puro peccato materiali in sítio fortè operi posito sub opinione probabili; tūm quia est ex invincibili ignorantiā; tūm quia non est nisi peccatum materiale. Ad antecedentis probationem, dico 1. eidem teneri Adverfarium in ignorantiā invincibili: dico 2. quod cū amici non intueantur operantis intentionem, sed opus, & leduntur ab ipso opere externo, et si bona fide posito, consequenter recte trifatur, & dolet, qui tali opere externo amicum lefit, quia per illud intulit amico totum damnum, quod homo ab homine pati potest: ut enim homines leduntur, ita contentantur opere exteriori, nullatenus autem ab intentione operantis: ergo si opus illud externum ponatur, ponitur totum, quod in pīcīt homo. Econtra Deus scrutator cordium non intuetur pīcīpū, quid homo faciat, sed quā intentione faciat, & ideo qui ex invincibili ignorantiā ponit opus materialiter malum, nullam poenam meretur; immo si ex errore invincibili supponit illud bonum, meretur juxta nos à Deo pīmū. Texus S. Aug. ejusque lacrymæ non fuit ad rem, siquidem opera allata sunt poena peccati, non peccatum: ergo ea opera plorat ut poenas peccati, non ut peccatum. Similiter S. Theresia, & S. Magdalena de Pazzis flentes peccata Infideliū, si ea sunt invincibiliter commissa, ut nimium liberaliter arguens supponit, eo ipso non flent tamquam peccata, sed ut poenas peccati originalis: immo non pīto recte universaliter dīctum, eas Sanctas flesse peccata Infideliū per ignorātiā invincibilem patratorum, nam potius fleverunt plura eorum peccata ex ignorantiā vincibili commissa, & ob que deinde damnantur, & per que Deus offenditur; sicut enim potius ex charitate spirituali erga Infideles, & Deum, quā ex charitate temporali, quā miseras, & poenas flemus.

N. 155. Ad damnatam ab Innoc. XI. de parricidio in ebrietate patrato, cuius gaudium damnatur ut illicitum, & tamen non est nisi gaudium de peccato materiali; dico eidem teneri respondere Riccius: qui enim ex invincibili ignorantiā mentitus est, ut vitam innocentis tueretur, non potest, cognitā deinde malitiā mendacij, de illo gaudere; ergo tenetur de eo propriè dolere, quod tamen negat n. 27. negat enim peccata ex invincibili ignorantiā commissa esse proprie pīentia objectum; ergo tenetur dare discrimen, eur non posst de eo mendacio gaudere, nec tamen teneatur dolere; discrimen autem, quod dabit, dabimus & nos. Deinde dico recte eam damnatam fuisse ex pluribus titulis,

quos hīc pītereo, & unum tantū affignabo; confunditur enim ab argente peccatum materiale cognitum ut tale, cum peccato materiali non cognito ut tali; parricidium ab ebrio commissum non cognoscitur ut peccatum materiale ab ipso ebrio ut ebrio; at parricidium commissum ab ebrio cognoscitur ab ipso ebrio ut vigilante, tamquam peccatum materiale habens suam intrinsecam objectivam malitiam: cum autem homo testatur, ut dixi, vitare omne peccatum materiale, seu omne objectum in se malum cognitum ut malum, consequenter non potest filius vigilas gaudere de parricidio in ebrietate commisso, nam gaudet de objecto intrinsecè malo cognito ut tali: ergo damnata non est ad rem. Imo ex hac ipīa damnatā firmatur nostra doctrīna: filius enim, dum ebrius patrem occidit, non peccavit formaliter, et si peccarit materialiter, quaterius posuit objectum ex se malum; econtra filius, qui fuit ebrius, & occidit, dum vigilans gaudet de eo parricidio, peccat formaliter, quia gaudet de objecto intrinsecè malo cognito ut tali: ergo tenemur tantū vitare peccatum materiale cognitum ut tale, qui enim illud ponit, peccat formaliter; non autē tenemur vitare peccatum materiale non cognitum ut tale. Hoc idem vidi deinde approbatum à P. Eliz. lib. 3. P. Eliz. qn. 3. § 2. pag. 142. ubi ait: Si quis agnoscat rem aliquam fuisse malam, & contra Dei legem, & violationem materiale trifatur, & noller eam fecisse; & qui hoc negat, videatur non multum amare Deum: non dico, quod pīentiam agere debeat; quia supponimus nullam commissam esse culpam propter ignorātiā invincibilem. Hac P. Eliz. qui negat objectum malum invincibiliter possumus esse objectum pīentia, sed ad iūmūm alicuius trifitū.

Ad quāsum, in quo Riccius n. 24. petit, N. an si opus ex probabilitate putatum honestū 106. constet deinde fuisse in honestum, possumus Riccius, de eo dolere: dico, quod mox dixi, nos non posse nec propriè dolere, quia peccatum materiale non est objectum pīentiae strictè, ut fatetur Riccius; nec gaudere, quia peccatum formaliter; potest quidem gaudere, quod non peccaverit formaliter ponendo illud putans probabilitate honestum, et si in re fit malum; tamen non potest gaudere, quod illud posuerit, qui jam scens esse in re malū, gauderet de positione objecti intrinsecè malū, et si posuit sub invincibili ignorātiā, aut sub honestatis probabilitate. Ad reliqua pater.

Porro solutio[n]es, quas nostris instantis N. adhibet, nempe quod etiam sequens mora- 107. liter certum posuit ponere opus materialiter Riccius, malum,

## D I S P U T . XXVII.

396

malum, nullæ prorsus sunt, ut patet consideranti; immo contra eas solutiones stat paritas amici; stat dolor aspersus, necessarius de omni peccato materiali; stat præceptum vitandi omne peccatum materiali; & stat omnia, quæ contra nos trahit. Dicere autem, quod sequens moraliter certum ex amore justitiae ponat opus materialiter malum, est dicere, quod nos; nos enim dicimus, quod sequens probabiliter honestum ponat opus aliquando materialiter malum ex amore honestatis, quam putat ei operi inesse. Immò sicut sola culpa est objectum penitentiae stricte, & ideo ponens aliquid materialiter malum putatum cum morali certitudine bonum, non habet objectum penitentiae stricte, quia opus illud non cognoscitur ut materialiter malum, sed ut certo moraliter bonum; ita à pari, quia sequens probabiliter honestum putat ex gravi fundamento opus illud esse honestum, nullatenus autem putat esse materialiter malum, nam implicat duo judicia probabilita contradicitoria de eodem, consequenter nullam contrahit culpam, nec de eo opere materialiter malo cognito probabiliter ut honesto, dolere debet, ne quidem postquam novit opus illud fuisse materialiter malum, quia sola culpa est objectum penitentiae stricte. Verum quidem est, quod et si dolere non teneatur, postquam novit opus illud fuisse materialiter malum; atamen non potest de ejus positione gaudere, quia gauderet de objecto materialiter malo, cognito deinde ut tali, quod non licet.

N. 108. Ad replicam, in qua n. 29. negat, quod homo satisfaciat suæ obligationi de peccato vitando, si sequatur, quod probabiliter non est peccatum, repetendo paritatem dominorum temporalium, qui probabilitibus contenti non sunt.

N. 109. Sed contra; quia sæpe nec certitudine morali contenti sunt, si ex hac aliquod illis damnum sequatur. Celebre est quod accidit Ecio strenuo Valentini Cæsar Duci, qui potens Attilam ex toto defruere, ei pepercit minori strage contentus. Laudavit Cæsar ut sapiens, & sanctum sui Ducis consilium; at ut aliquot post menses Attilam invasorem, & eversorem Italiam expertus est, Duci suo caput amputari jussit. En opus à Cæsare summe laudatum ut sapiens, quod tamen, ut damna Attilæ sibi restituti pauci sunt, poena capitis punitur fuit: ergo nulla à dominis temporalibus ad Deum paritas. Ratio est; quia illi regulariter ex opere metiuntur intentionem, & opus est quod illis prodeat, aut obest, & ideo fervos laudant, qui modicâ diligentia grande illis lucrum parant; & virtu-

perant, qui summâ usus illis nocent. Econtra Deus metitur opus ex intentione operantis: ergo homo legè Dei de non peccato implet, si ponat opus, quod certò probabiliter judicetur non esse peccatum materiali; implicat enim, ut peccet formaliter, qui ponit opus sub iudicio prudèti de non peccato materiali. Monet autem Riccius, ne à similitate probabilitatis ad probabilitatem similitudine transeat.

Profectò nullus inde fructus, sive quis N. obligetur, ne operetur, nisi sub iudicio pœnitentiæ moraliter certo, sive sub probabilitate Riccius, hori de honestate minus tutæ, ut Certitudinæ, & Probabilitistæ volunt: nullus, inquit, quæ propriæ opinionis estimatio, & alienæ contemptus, præter absurdum, que in nos congerunt, & itidem subiecta: tepe enim quod Probabilita minus probabile iudicat, Probabilitista iudicabit probabilitus, & Tutorista moraliter certu. En in hoc casu idem absurdum in objecto, quod sequitur, & longè maius in mente sequens, dum probabilius, aut moraliter certum paret, quod alii minus probabile iudicat, nec facile submittet suâ notoriâ probabilitate, ut morali certitudine protectus.

Ad 3. dico nec nos, nec alios, si bene intellegant, restringere practicam probabilitatem in Judge, Medico, & Sacramentorum Ministro, cùm ibi nulla detur practica, sed ad sumnum speculativa probabilitas, sicut nemo limitat Dei potentiam per hoc quod negat formare non posse chimera.

Ad 4. dico esse contra Riccius, tum quia si una est moraliter certa, alia non est probabilis; tum quia, si quoties probabile est, alibi quem extremâ necessitate laborare, certum est, quod ei succurrere teneat, eo ipso super probabilitatem fundari potest iudicium certum: ergo hoc sine iure impugnat. Dein paritas non est ad rem, si illud iudicium probabile, *Homo est in extremâ necessitate, est speculativum*, ergo incepit ex eo inferius hoc practicum, *Non licet ei succurrere*. Immò certo charitatis præcepto reflexè mihi certum est, me teneri succurrere homini, quem speculativè probabiliter iudicio extrema necessitate laborare.

Ad 5. dico, quod licet Probabilita opus positas probabiles non semper dicant certas in praxi, est vel quia non semper iudicant Riccius probabiles, vel si tales iudicant, idem apud eos est certò practicè probabile, ac tunc in praxi, & econtra. De cetero dicam Riccius non semper moraliter certas fecerunt, quia non semper omnem suam opinionem dicit moraliter certam.

DIS-

N.  
110.  
111.